

anc 16 1
new 190

INV 20

Handwritten scribbles or marks, possibly initials or a signature.



. 133 .


NOTITIA VTRAQVE CVM ORIENTIS TVM OCCIDENTIS

VLTRA ARCADII HONORIIQVE CAESARVM TEMPORA,
illustre uetustatis monumentum, imò thesaurus prorsum incomparabilis.

PRÆ cedit autē D. Andreæ Alciati libellus, De magistratib. ciuilibusq; ac
militaribus officijs, partim ex hac ipsa Notitia, partim aliunde desumptus.

CVI succedit descriptio urbis Romæ, quæ sub titulo Pub. Victoris circum
fertur: & altera urbis Constantinopolitanæ incerto autore, nunquã antehac
typis excusa, Imperialium uidelicet ac primariarũ sedium utriusq; Reipub.

SVB iungitur Notitijs uetustus liber DE REBVS BELLICIS ad Theo
dosium Aug. & filios eius Arcadium atq; Honorium, ut uidetur, scri
ptus, incerto autore. ITEM, ne quid de antiquo exemplari
omitteretur, Disputatio Adriani Aug.
& Epicteti philosophi.



*Libro hoc J. N. G. am. quæ est
Aureliis donauit. Ho 1606.
Mense Decembri
Sigismundo à Lattorff Saxo
Exprocurator
N.º ~~30~~
73*

BASILEAE, M D LII

Cum gratia & priuilegio Imp. Maiest. ad annos quinq;



CLARISSIMO VIRO DOCTISSIMO ANDREAE

VESALIO, INVICTISSIMO CAROLI AVGVSTI

medico Sig. Gelenius Salutem,



V M opus hoc tot seculis abditum, in lucem tandem prodire ex officina Frobeniana literatorum commodis iam dudum deditissima gestiens patronum sibi quaereret: merito conveniens visum est uir doctissime, ut ad te IMPERATORIS summi medicum, iret Imperium tam graphicè depictum: quandoquidem ipsi Augusto fortè non uacat nunc hæc prisca cognoscere. Ordinavit primum, ut erat necesse mutata republica, eius prouincias ille Augusti nominis conditor, dispositis per limites & cætera opportuna loca legionibus. creuit post hunc prouinciarum numerus Adrianum usque Cæsarem: qui multa nouauit circa dispositionem harum: mansitque eius institutum usque Diocletianum feralem pijs principem: quo tempore ascito in rerum fastigium Maximiano collega potestatis sacrosanctæ, sub duobus Augustis totum orbem Romanum moderantibus, dignitates etiam inferiores duplicatae sunt: ac paulo post iubente Constantino religiosissimo Cæsare Orienti quoque noua Roma addita. Mutauerunt & successores quaedam, pauca tamen. At in hac postrema dispositione, quæ usque fatales illas Barbarorum irruptiones paulo post secutas durauit, tam concinnus ordo est, ut si quis obseruet partitionem, primum in dioceses, mox in prouincias, ceu maiora minoraque membra totius corporis: ad hæc Rectorum tam civilium quam militarium quosdam gradus: dignitates item palatinas ac officia, tum minores apparitiones celsarum potestatum, suis quaque locis apte disposita, res ipsæ satis declarant nomina sua, tametsi quaedam non admodum protrita, nec passim apud uertustiores obuia. Vnus Ammianus Marcellinus lucis aliquid potest his addere, & ipse recipere non parum. Expectabamus & Beati Renani explicacionem uocum aliquot recentiorum: sed dum cunctatur, fato concessit re infecta, nisi quod luculentam Illyrici descriptionem, hic adiectam, reliquit. Quia uero in hoc codice crebra sit mentio Ducum atque Comitum, quæ dignitates hodieque proximè regiam sunt, libet quæ de harum origine obseruauimus, compendio dicere. Ut cunctæ rei Romanæ summa post quingentesimum ferme annum rursus ad unum caput rediit, non continuo tamè omnis antiquata est senatus autoritas. nam Cæsar Octavianus, princeps populi Romani appellari uoluit non rex, tribunitia potestate contentus, ommissa dictatoria. nec à Tiberio, molesto licet principe, extorqueri sibi passi sunt patres conscripti id quod Augustus reliquum ipsis fecerat. Primus Caligula ex professo dominum egit, ac ne diademate quidem abstinuit. quo casu senatus iniuriæ memor, Cæsarem gentem ac nomen decreuit tollere. & fecisset, nisi coactus fuisset militum Claudio fauentium uolentia cedere. Secuti aliquanto post meliores principes habuerunt suum honorem amplissimo ordini, et in primis Adrianus, qui quidem Adrianus tandem senatum in aulam suam quodammodo transtulit. nam receptis senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quæ superiorum imperatorum tempore promiscue consistere solebat ex equestri ordine ac senatorio, domesticum quendam senatum circa se habuit: qui quoniam is continuatis penè delectaret peregrinationibus, comitatus Cæ-

faris dici ceptus est, & ipsi amici Comites. eorū consilijs atq; opera in bello
 ac pace usus est. unde sicut palatinas aliquot dignitates legimus, Comitē lar
 gitionū, Comitē priuatarū, & cæteros: ita rei militaris Comites uarios. Erāt
 iam tum apud Germaniæ quoq; reges, quorū populi deinde inundauerunt
 in Occidētis prouincias, similes domestici proceres, uirtute rerūq; usu exi
 mij, & ipsis regibus cōiuncti genere, quos ideo Regales Regulos ue Roma
 ni tū uocabāt, Grauiōnes dictos lingua patria. unde cōpositæ uoces, Land
 grauī, Marcgrauī, Pfaltzgrauī, Burggrauī, quos latine licet Comites pro
 uinciæ, limitis, palatiī, arcis præsidijq; dicere. Sed apud Romanos primus
 diuus Cōstātinus Augustus, quo militaribus gratificaret, lege cautū uoluit:
 ut qui agri, uillæ, oppida, Comitibus & Ducibus, atq; adeo Præfectis quo
 que tribunisq; emeritis assignabant ad honestū uictū, & parochiæ tū, quasi
 dicas præbēdæ, uocabant, ad hæredes trāsiret: atq; ita opes accesserūt digni
 tatibus, quē morē & Longobardi reges imitati sunt, diuiserūtq; in ducatus
 atq; comitatus totā sibi subiectā Italiā. Sed prisca illi Comites dignitate Du
 cibus pares erant, potestate quidā maiores etiā. nam Comes Oriētis præerat
 in bello pacēq; Præsidibus ampliarū quindecim prouinciarū. Erant & Co
 mites rei militaris in aliquot prouincijs, qui militem curabāt, relicta iurisdi
 ctione Præsidibus. idem in alijs prouincijs faciebant Duces, nomen olim in
 liberis ciuitatibus officij magis q̄ dignitatis aut potestatis. tunc enim post
 Imperatorē honorati erant in militia, Legati, Tribuni, Præfecti. Cæterum
 hæc NOTITIA, dum Romana res stare, adseruata penes Primiceriū nota
 riorū, & tandē afflictō ac penē exciso imperio, cū cæteris spolijs in barbaro
 rū manus delata, nunc demū ex ultimis Britannis antiquariorū studijs repe
 tita, innotescit auspicio felici tui nominis, æque clari ac gratiosi apud omnes
 quibus cordi sunt bonæ literæ. Tu uero qui instauratorē pristinae amplitu
 dinis imperij CAROLVM AVGVSTVM cōseruas tuerisq; ope diuina ue
 rius q̄ Apollinea, fruire hoc egregio spectaculo: quod subijcit oculis uni
 uersum ueterē statū Imperij, simulq; partes eius singulas, hoc est, Italiā al
 mam & Oriētis Occidētisq; prouincias, alias togatas, alias palliātas, nōnul
 las ut in mira amplitudine, cultu linguaq; semibarbaras: prisca itē ac recen
 tiores dignitates, siue ciuiles siue militares siue aulicas: Præfectos prætorio,
 Magistros militum, Proconsules, Consulares, Præsides, Comites Ducesq;
 & sub ijs legiones peditum alascq; equitum uel cataphractorū uel sagittario
 rum, easq; insignitas proprijs armis uarietasq; ne cuius uirtus in obscu
 ro esset, quoq; magis caueretur ignominia: ad hæc auxiliares utriusq; gene
 ris & foederatis mercenarijs ue Barbaris, unā excubantes per suas stationes
 pro incolumitate publica. Fruere inquam, sed non absq; riuilibus hac pul
 cherrima imagine, inuitante uiros fortes ad æmulationem maiorum, litera
 tis uero uberiorem cognitionē rerum suppeditante: & meam fidem, quam
 tibi dudum obstrinxeram, liberatam nunc existima. Equidem cupiebā iam
 antè extare monumentum aliquod mutuæ nostræ beneuolentiæ: uerū tua
 humanitas hoc quod primum fors obtulit, æqui boniq; consulet. Vale, &
 studijs quæ exornas, fauere perge. Basileæ, mense Ianuario,
 anno à natali CHRISTI seruatoris M, D, LII.

ILLYRICI PROVIN- CIARVM VTRIQVE IMPERIO


CVM ROMANO TVM CONSTANTINOPO-
litano seruientis, descriptio.

BEATVS RHENANVS LECTORI S.



V M Romani Imperij præter eam quæ Romæ erat uetere
rem unicamq; sedem, altera noua constitueretur in Orien-
te apud Byzantium, quæ tum Constantinopolis ab auto-
re & amplificatore suo Constantino Aug. dici cœpit, atq;
ex una Republica duæ Respublicæ fierēt, Occidētis una,
altera Oriētis: id quod biceps aquila designat (magno sa-
nè errore eius quē tamen nominare nolo, qui Maximilia-
no Cæsari persuadere conabatur ut bicipitis aquilæ symbolum pictū scul-
ptum uel quasi monstrum aboleri per edictū ubiq; iuberet) accidit ut etiam
magistratus noui propter eam diuisionem crearentur ad peræquationem
quandam ipsius iam gemini Imperij. Exempli gratia, In Occidente uir illu-
stris Præfectus Prætorio Italiæ in sua latissima administratione etiam sibi
attributas habebat Illyrici prouincias sex (quod ego docēdi causa Illyricum
Occidentale uoco, quoniam ad Occidentis Imperium pertinebat) has uide-
licet: Dalmatias, Pannoniam primam, Pannoniam secundam, Sauriam, No-
ricum mediterraneum, & Noricum ripense. Proximus erat cum Præfecto
Vrbis Præfectus prætorio Galliarum amplissimus magistratus. Ad huius
ergo ordinationis imitationem, ne quid Orientali Imperio ad splendorem
deesset, præter Præfectum prætorio Orientis, & Præfectū Vrb. Constans-
tinopol. institutus est quodammodo Præfecto Prætorio Galliarum respon-
dens Præfectus prætorio per Illyricum (ut & Magister militum per Illyri-
cum) cui subiectæ sunt duæ diœceses Macedonia & Dacia, quarū quæuis
in suas prouincias rursus subdividitur, quemadmodum in hac charta licet
intueri iuxta auctoritatem eius uoluminis quod Notitias Orientis & Occi-
dentis scriptura picturaq; exprimit, hoc est, nouas immutati Imperij formu-
las sub posterioribus Imperatorib. quarū bonam partem DOMINVS NO-
STER THEODERICVS, quem uulgus Veronensem appellat, primus ex
Germanis per sacram pragmaticam sanctionem à Zenone Aug. in Imperij
Occidentalis possessionem immissus & factus atq; à senatu populoq; Ro-
mano receptus Cæsar, sub sua ditione retinuit. Porrò non magis mirum uis-
deri debet Illyricum uetus & Occidentale sub se cōprehendisse Pannonias
atq; Noricum, quàm Illyricū Orientale ad Macedoniam, Thessaliam, Epi-
rum, Achaïam, Cretam & Dardaniam usq; fuisse extētum. Sic collibuit Im-
peratoribus partientibus atq; ad certum ordinē prouincias redigentibus.

Imperium Orientale.



Præfectus urbis Constantinopolitanae.

Præfectus Prætorio Orientis.

Præfectus Prætorio Illyrici.


Illyrici Orientalis diceceses duæ, Macedonia & Dacia, quæ erant sub dispositione illustri Præfecti Prætorio per Illyricum.

Macedoniæ erant Prouinciæ sex.

Daciæ Prouinciæ quinque

ACHAIA habebat Proconsulem.
 MACEDONIA habebat Consularem.
 THESSALIA habebat Præsidentem.
 Creta habebat Consularem.
 EPIRVS uetus, habebat Præsidentem.
 EPIRVS noua & pars Macedoniæ Salutaris habebat Præsidentem.
 DACIA mediterranea hab. Cōsularē.
 DACIA ripensis, habebat Præsidentem & ducem limitaneum.
 MOESIA prima & secunda, habebat Præsidentem.
 DARDANIA habebat Præsidentem.
 PRAEVALITANA & pars Macedoniæ habebat Præsidentem.

Imperium Occidentale.



Præfectus urbi Ro-
manæ.

Præfectus prætorio
Italiæ.

Præfectus prætorio
Galliarum.

Illyrici Occidentalis prouincię sex, uidelicet Dalmatiæ, Pannonia prima, Pannonia secunda & Sauia, Valeria, Noricum mediterraneũ, & Noricum Ripense, quæ erant sub dispositione illustris Præfecti prætorio Italiæ. Nam de his accipiendum cum legimus illum præter Italiam & Africam, etiam Illyricũ sub se habuisse. Proinde uoco Occidentale, respiciendo ad supremam illã administrationẽ ac sedem Præfecti prætorio Italiæ ad quẽ prouocabaẽ.

Illyrici Occidentalis
Prouinciæ sex, uide-
licet

PANNONIA prima habebat Consularem.

PANNONIA secunda.

SAVIA siue Pannonia Ripariensis habebat Cor-
rectorem.

VALERIA Ripensis habebat Ducem limitaneum.

DALMATIÆ habebant Præsidem.

NORICVM mediterraneum.

NORICVM Ripense, habebat Ducem limitaneum.

* 4 Huc

Huc pertinet quod Sextus Ruffus v. c. in compendio historiarū ad Valentinianum Aug. de utroq; Illyrico intelligens Orientali & Occidentali, decem & septem Illyrici prouincias enumerat, ijs uerbis, Habet, inquit, Illyricum decem & septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœciam, Dacias duas, Et in ditione Macedoniae sunt septem, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Præualis, & Creta. Hæc ille. Cæterum nemo mirabitur Pannoniam siue Noricum Illyrico adscribi, qui cogitabit Illyriorum, qui & postea Dalmatæ dicti sunt, nobilitatem uetustatemq;. Nam ab interiori insignioriq; populo etiam extremas ad Danubium uergentes nationes libuit antiquis Illyriorum uocabulo generatim complecti. Quam rationē secutus Iulius Cæsar scribit Rhenum flumen Sequanos, Mediomatricos, & Treuiros præterlabi, clarissimorum populorum fines tam latè extendens. Ergo prouinciæ istæ Illyrico accensebuntur propter primæuam originem, quam posteriori tempore gubernationis causa facta diuisio consecuta est. Nolo primi Illyricarum gentium conditoris Illyrii illius Polyphemi Galatææq; filij genus posteritatēq; prolixius recensere, quod ab alijs fieri uideo. In primis meminerimus Dioceseis Episcopales Christianæ religionis multis certissimisq; indiis Romanam antiquitatem nobis representare. Notum autem est priusq; Vienna ac Noua ciuitas proprios episcopos impetrassent, quem antistitem agnouerint. Adeo omnia ad interiores nationes propter originem nobilitatēq; referuntur. Quinetiam certum nobis testimonium diligentissimus Geographorum Strabo præbet cum libro septimo Illyricas prouincias Istro Alpibusq; contiguas esse dicit, Italiamq; inter & Germaniam sitas. Intelligit autem Germanorum nomine cum scribit Illyricorū loca Italiam & alpes, Germanos & Dacos ac Getas attingere, Marcomannos præcipuè infra quos Quadi habitabant, utriq; trāns Danubiū, ubi adhuc est Marcomannorum campus, & Vngaria transdanubiana uersus Septentrionem in Quadorum regione. Subditq; Strabo descriptis Illyricis Alpibus quas à Vindelicis hoc est Bauaris montanis inchoare dicit, Reliquam, inquiens, plagam Pannonij obtinent, usq; ad Segesticam atq; Istrum ad Septentrionē atq; Orientem. Ad alias autem partes amplius etiam porriguntur. Et post multa addit sui temporis Imperatores Polam usq;, oppidi in Istria nomen est, terminos Italiæ extendisse. Quid ergo mirum si istas supra nominatas prouincias Illyrico propter originis & uetustatis nobilitatem, atq; Præfecturæ Prætorianæ Italiæ subiectas legimus? Etenim Prætorij Italici iurisdicctio Pannoniam Secundam inter prouincias Occidentalis Imperij ultimam cōplectebatur cum Sauia atq; Valeria, ad cuius finem Oriētalis administrationis initium erat. Debet autem præter omnia ista, autoritas Imperatorum nobis pro lege esse. nec obstat quod huiusmodi siue diuisiones terrarū siue coniunctiones apud autores uetustiores disertè non occurrunt. Multa nanq; excogitauit posteritas, dum prouincias plerasq; rursus per primæ & secundæ nomenclaturam distinguit. Id quod apud antiquissimos scriptores non reperias. Videre uero licet Illyrici uetustam amplitudinem ex eo quod Appianus

DESCRIPTIO

nus Græcus scriptor quicquid prouinciarum citra Alpes est, à Romanis Illyrico attribui scribit, etiã Rhetias ipsas, ut de inferioribus istis prouincijs, de quibus nobis disputatio est, minus sit mirandum. Atq; hinc multorũ autorum loca melius intelligentur, ut cum Aufonius canit: Illyricis regnator aquis tibi Nile secundus Danubius lætum profero fonte caput, nimirum propter Sauum ex Carnicis alpibus, & Drauũ è Noricis atq; alios fluuios prouinciarum inferiorum in Danubium exonerantes: Et cum Herodianus tradit, Illyricas gentes solas discrimen facere inter Italiam & Germaniam, ut de Ammiano Marcellino & alijs taceam: Item quod de Occidentali Illyrico accipiendum sit, cum codicis Theodosiani libro Nono Imppp. Grat. Valent. & Theod. A. A. A. ad Flavianum PP. Illyrici & Italiæ scribunt: ut de Orientali Illyrico, quoties simpliciter Illyricum nominat ad Thalassium & similibus Præfectos prætorio passim scribentes. Cæterum nihil clarius totam rem indicat quàm antiquum illud uolumen quod Notitias cum Orientis tum Occidentis continet cuius supra meminimus, à quo dissentire nephas. unde & præcedens descriptio desumpta est, pauculis adiectis crassiore, quod aiunt, musa, quo uetustas illustraretur.

Vale Lector & felix esto.

CLARISS▶ IVRECON▶ IOANNI PE

LORDAE SENATORI CONSERVATORIQ. BITVRIG.

ANDREAS ALCIATVS S.



V M primū in hanc urbē ueni, optime conseruator, propiusq̃ te cœpi cognoscere, nihil antiquius habui quàm ad amicitia me tuam insinuare. Videbam enim ea te esse doctrina hominem, ijs moribus, ut mihi merito exoptandū esset quàm proxime tecum iungi. Nec tu hac in re ullam moram fecisti, quin aduenientē ultro exciperes, summaq̃ beneuolentia cōplectereris, in diesq̃ alijs super alia beneficijs sic exornasti, ut paria tecum facere posse desperem. Quod unum supererat, ut amoris erga te mei monumentū aliquod statuerem, nuper mihi præstita est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus perpetuis ob frequētes n̄uos à me damnatus blattis, quem cum in manus accepissem existimaui operæ precium me facturū si à situ tenebrisq̃ redemptum perpurgarem, & tuo nomini dicatum ederem. Dubitavi (ut uerū fatear) sæpius, & parum abfuit, quin supprimerem, quoniam non sat dignus uidebatur, qui doctorum oculos aures ue morari posset. Scripserunt ante me huius argumenti libros cum pleriq̃ ueteres, tum & recētiore non pauci, qui proculdubio luminibus nostris possunt obstruere. Verum cum rursus perpenderē ueteris eos Reipublicæ magistratus solum explicare, nihil momenti ad legalem nostram professionem conferre: ad hæc, aliud in præsentia mihi non esse, quo animum erga te meum testarer, mutauit sententiā, & quos præiudicio quodam ferè damnaueram, absolui. Erunt qui debuisse hæc me omnia diffusius tractare existimabunt, & quid de his apud omnes autores annotaueram, hoc libello congerere: sed aliud mihi consilium fuit. Attigeram pleraq̃ cum tres Iustiniani Codicis libros adolescens adhuc castigauit (erantq̃ qui iure amicitia qua τὰ τῶν κοινὰ φίλων in alios suos eisdem argumenti libros redegerant) attigeram in Dispositionibus, in libello De singulari certamine, alijsq̃ in locis, quæ suo loco moueri non nisi in cōmode poterant. Verum nec eorum sententiā unquam probaui, qui omnia quæ ab alijs ubi ubi dicta sunt, eodem loco collecta parataq̃ habere uolunt, uerbososq̃ hac ratione cōmentarios fieri nihil curant: cui

sententiæ nostræ si & tu calculum adieceris,
non erit quod mei huius consilij
me pœniteat, Vale.

ANDREAE ALCIATI IURISCONSULTI, DE MAGISTRATIBVS,

CIVILIBVSQVE ET MILITARI-
bus officijs



V M multa sint in Iure nostro non satis haectenus intellecta, tum is maxime tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorum in primo Digestorū libro mentio habetur. Quamuis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum potestatem, & Proconsulum, Praesidum, Procuratorum Caesaris, Iuridici Alexandriae, officium spectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut studiosis satisfacere possint. Nam cum ea munera antiquis Iurisconsultis cognitissima essent, non existimauerunt operæpretium se facturos, si longo sermone in eorum explanatione cōmorarentur. At in presentia propter Latinarum literarum diutinam calamitatem, cum ex Iurisconsultis plena cognitio haberi nequeat, uix quicquid superest unde in certiosem semitam deducamur, nisi recentiorū coniecturas, &, ut ipsi uocant, diuinationes, pro exploratis rebus recipere uelimus. Itaque ut huic quoque parti pro uirili opem feramus, quæ ad hunc tractatum pertinentia ex antiquis autoribus collegi, in medium proferre, & cum studiosis cōmunicare cōstitui. **SCIENDVM** igitur Rom. Imperij originem à Romulo Regibusque cœpisse: ab his latae sunt leges, quas Regias uocant. Is Romulus ex antiquioribus ciuitatis centū Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est: ad hunc decernendi ius pertinebat, quæ ex toto Regno ad eum deferrent. Sed & sacra facere, ius dicere, magistratū gerere, soli patricij poterant. Quoties uero uel leges sciendæ, uel magistratus creandi, uel bella decernenda erant, tum Populus Rom. ipse cōsulebatur, ad eūque huiusmodi negotiorū ius pertinebat. Idque Dionysius Halicarnassensis diffuse explicat. Exactis deinde Regibus, Plebis potestas multatū aucta est, cū secessione facta, à Senatoribus extorsisset, ut ex corpore suo Magistratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti sunt. Sacrosancti hi erant, summæque autoritatis, ut qui Senatuscōsultis intercedere possent. Et quāuis à principio latae ab his leges, quas plebiscita uocant, Patricios non obligarent: tamē lege Hortensia cōstitutū deinde est, ut eo Iure quod Plebs statuisset, oēs Quirites tenerent. Sic acerrimū telū Plebi aduersus nobilitatē datū est. Fuit & de eo cōtrouersum, quod maiores Magistratus ex Plebe creari Patricij prohibebant, donec et hoc obtentū fuit, ut alter Cōsul Plebeius esset. Cœpere deinde C. Sempronij rogationibus iudicia cognoscere. Is enim equestrē ordinem in eorū possessione locauit, unde turbulente seditiones ortæ. Cōstatque C. Mariū, & L. Syllā, qui ea Senatui demū reddidit, uel hac de re præcipue cōtendisse, unde & bellorū ciuiliū maxima incendia orta sunt. Cū dein pro Senatu Pompeius arma fumeret, Marianasque partes, quæ Plebē tuebantur, Cæsar sequeretur: oppressaque per eum, & dein Triumuiros Republica,

cum

cum in C. Octauium Cæsarem omnia celsissent, nouum ipse regimen induxit. Nec enim Regem se, aut Romulum, quod odiosus superbusque is titulus esset, appellari est passus: sed Romano ueterisque nomine Imperator & Augustus dici uoluit. sumpsitque censuram & Tribunitiae potestatis ius, & Max. Pontificem se inscripsit, Patrisque patriae titulum à Senatu Populoque Romano accepit. SANE eius nominum rationem sic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati sunt, delectum facere, milites conscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint, lidem & pacem sancienti, summum supplicium etiam de Senatoribus sumendi, ius habeant. solitos fuisse priscos Duces sic appellari, Tacitus libro tertio autor est. Illi enim re bene gesta gaudio & impetu uictoris exercitus ea salutatione conclamabantur: erantque plures simul Imperatores, nec super cæterorum æqualitatem: concessum ad eam similitudinem id uocabulum est quibusdam & ab Augusto & à Tiberio aliisque successoribus. Censores autem uitam moresque nostros examinant, & de eis inquirunt, census rationem ducunt, professionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt: quod & diffusius in Valeriani uita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices uero Max. Sacerdotiorum conferendorum ius pertinet, sacris enim omnibus auspiciisque illi præfunt. Tribunitiae ius potestatis eam ob causam sumpsit, quod sacrosancta ea dignitas neminique uiolabilis esset. Nam & si in re leuissima solo sermone, nedum facto, Tribuni maiestatem quisquam contempsisset, tanquam abominabilis & sacer indicta causa ad mortem adigebatur. Et has quidem dignitates Octauius accepit, in successoresque suos transmisit, quo potentius illustriusque Imperatorium nomen faceret. Concessum præterea & illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus solutus esset. Significat hoc (inquit Dion) ab omni legum necessitate liberum, nullique iuri scripto obnoxium: ut qui absque ulla disquisitione omnem Regum potestatem haberet, quamuis nomine abstineret. Patris uero Patriae cognomentum apud antiquos, obseruationis cuiusdam paternae significatio erat, quod hoc nomine illustrati Principes, omnes quoscunque sibi subessent, ceu filios amarent, illique eos uicissim tanquam patres uerentur. Quamuis Imperatoribus alia quoque nominis ratio reddi posset: nimirum quod hi in nos eam potestatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc est uitæ & necis. Cogitauit etiam plerumque Augustus de reddenda Republica. Cumque in Senatu sententiam suam exposuisset, rationarium Imperij tanquam illud restitutus Consulibus tradidit. Sed Senatoribus siue per simulationem, siue metu, uel etiam ex composito reclamantibus, uariasque rationes afferentibus, cur Reipublicæ Monarchia præstaret, in Principatu perseverauit, Deos hominesque testatus intra decennium se omnem administrationem depositurum. Sed cum ea tempora lapsa essent, rursusque eiurare uelle Imperium simularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem magistratu esset, decreuit: atque iterum alijs decem annis, quibus ipse dein extinctus est, progauit. Quãobrem inde obseruatum est, ut eius successores, quãuis donec uixerint perpetuam administrationem recipiant, tamē singulis decem annis celeberrimos ludos faciant: tanquam principatum

cipatum renouent. Ea festa decennialia, uicennialia, tricennialiaq; appellata sunt. A relate Constantium tricennialia celebrasse, theatralesq; & Circenses ludos ambitioso apparatu edidisse, autor est Amianus. Vouebantur autem hi ludi in proximos decem annos. Quapropter in antiquis nomismatis plerūq; huiusmodi inscriptio cernitur: VOT. X. VOT. XX. hoc est uotis decenalibus, uicenalibusq;. Trebellius quoq; in uita Gallieni: Conuocatis (inquit) patribus decennialia celebrauit, nouo genere ludorū, noua specie pomparū, exquisito genere uoluptatū. Nazarius in Panegyrico: In destinatis, inquit, decennijs iam uota properantia, & spes uolucres constituerunt. Sed & Mamertinus: Reseruo orationē quam quinquennio exacto decenalibus tuis dicam. Extat Romę in Lateranensi Basilica Senatuscōsultum æreis inscriptum notis, quo potestas Vespasiano Imperatori data cognosci potest. Licere enim illi fœdus quibus cum uolet sancire, Senatū habere, remittere, Senatusconsultum per relationē, discessionemq; facere. Si eius iussu uel mandato eo uel præsentente senatus haberetur, perinde seruari, ac si ex lege Senatus conuocatus esset. Si quos Magistratus Senatui P. Q. R. cōmendasset suffragationē uel sua adiuuisset, eorum comitijs etiam extra ordinem rationem habendam. Fines pomerij cum è Republica cēsebitur, proferre ei licere. Quicquid ex usu Reipublicæ, diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarūq; rerum esse existimabit, ei agere facere ius potestatemq; esse. Quibus legibus Plebiq; scitis scriptum esset, ne Augustus Cæsar teneretur, eisdem & eum solutum esse. Acta, gesta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatusconsultū, perinde rata haberi, ac si Populi Plebisq; iussu acta essent: si eius cōcessionis causa aliquid aduersus leges factū esset, fraudi nemini esse, necq; quicq; ob eam rem Populo dari debere, nec cui de ea re actionem iudicationēq; dandam. Quæ tam ampla autoritas Vespasiano præstita, uidetur mihi formula esse eius potestatis quam sibi Imperatores attribuebant. Scribunt Iureconsulti, lege Regia, quæ de Imperio Augusti lata est, Populū Rom. omne suum imperium & potestatem concessisse. Iccirco autem legem eam Regiam appellari arbitror, quod Romuli constitutione ad Populum ius Regis creandi perineret. Vnde à Tarquinij Seruio Tullo obijciebatur (ut T. Liuius inquit) quod iniussu Populi Regnū inuasisset. Cum ergo Augustus à Populo Rom. Imperator creatus est, uidet Regiæ legis obseruatio in usum reuocata, quāuis Regiā planè potestatem ille nunq; usurpauit, sed sua Populo, sua Senatui munia obire permisit. Comitia enim Magistratuū tum quoq; celebrabant, conueniebātq; Tribus omnes, candidatosq; Populi arbitrio deligi ille sinebat, si modo eos approbasset: nec enim quicq; ab his fieri permittebat, quod præter animi sui sententiam esset: curabatq; id maxime, ne indigni, aut quibus ius capeffendi honoris non erat, per ambitum legibus eriperētur. Quod & à Tiberio aliquoties obseruatum, donec id iuris penitus sibi uendicauit, tradiditq; successoribus, ut necessario in urbe Roma Lex Iulia de ambitu cessauerit. Senatoribus quoq; Augustus non parū detulit, ex his enim xv. sortiri iussit, qui sibi sex mensibus in cōsilio essent: plerūq; & ipse sententiā in Senatu dicere, unā cum amplissimo ordine decernere. Ad hæc, iudicia Senatui permisit, cuius iuris causa antea toties armis certatū fuerat: sicq; publica negotia

negotia & priuatorum maxima tractabantur. Omnium præterea Prouinciarum quæ sub Imperio Rom. erant, formulam ita diuifit, ut aliæ Proconfulares, aliæ Prætorias, aliæ Præfidales effent. Procōfulares Senatui, Prætorias Populo demandandas tradidit. In Præfidales ipse Legatum suum, qui nunc Præfes, nunc Legatus Cæsaris eam ob causam dicebat, mittebat. Deinde factū est, ut etiam Prætorias in Senatu per sortes decernerentur: nimirum sublatis ab Imperatoribus comitijs, qui conuentum Populi formidolosum existimabant. Scribit Strabo libro ultimo, omnes Prouincias, alias Cæsarum, alias Populo attributas: ex his quæ ad Populū pertinebant, Proconfulares & Prætorias cōstitutas, quod uidelicet uiri cōfulares, uel prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant autem huiusmodi Prouinciæ imbelles, & quæ militari præsidio non indigebant, neq; proximos Barbaros habebant. Quæ enim ualidiōres, & legionū ope indigentes, sibi cōseruauit: eo uidelicet prætextu, quod Populo pacatiora quæq; & pulchriora cōcederet, ipse difficiliōra, periculisq; & laboribus exposita retineret. Sed re uera (si Dionis credimus) ut in manu sua res omnis militaris esset, Senatus autem Populusq; inermis Rempubicā repetere non auderet. Procōfulares Prouincias fuisse Libyam & Asiam citra Taurum, Strabo autor est. Prætorias uero, in Hispanijs Bæticam, in Gallijs Narbonensem, tum Sardiniam cum Corsica, Siciliam, Illyricum quæ in Macedoniam uergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprum, Bithyniam cum Ponto. Cōmutabant tamen plerūq; arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alexādrī uita, Prouinciarū alias Prætorias, Præfidales plurimas fecit, Procōfulares ex Senatus uolūtate ordinauit. Suetonius in Claudio: Prouincias Achaia & Macedoniā, quas Tiberius ad curam suā transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quæ edidit libello De Rom. Imperij accessione, omni ex Aphrica sex prouincias esse factas, quarū Carthago, Numidia, Cyrenensis, Consulares erant: Tripolis & Mauritaniæ duæ, Sityphenfis & Cæsariensis, Præfidales. Pari quoq; numero diuisas Hispanias, in quibus Bætica & Lusitania Consulares: Tarraconensis, Carthaginensis, Gallitia, Insularis, quæ & trans fretum, Præfidales. Sed & quandoq; Imperator Legatos suos seu Præsides in aliquam Prouinciā missos cōfulari potestate ornabat, ut uidelicet eius essent autoritatis cuius Proconfules. Sic C. Plinius Cæcilius Præfes Prouinciæ Ponti consulari potestate fuit, ut in antiquis marmoribus annotasse me memini. Maior autem Proconfulum dignitas quàm Legatorū ideo erat, quia non nisi Senatores Consularesq; uiri Prouincias sortiebantur: cum ex Equestri ordine etiam Præsides eligi possent. Sanè Proconfulū magistratus annuus, Præsidentum certus finis non erat, sed in officio perseuerabant, donec successor à Cæsare mittebatur. Idq; in Augusti uita etiam Tranquillus attestatur. Ius autem milites decimandi, ciuicæq; corona donandi Proconfulibus fuisse Tacitus libro tertio ostēdit. Idem 15. autor est, Qui Senatores filijs carerent, Prouincias Præaturasq; inter Patres sortiri non potuisse. Senatusq; consulto cautum, ne si cæ adoptiones ulla in parte publici muneris orbis prodesent. Grauiorem autem Prouincijs Proconfularem fuisse administrationem quàm Præsidentum, idem ostendit: dum libro primo tradit, Achaia & Macedoniam

onera

onera deprecantes, Procōsulari imperio ad præsens leuatas, Cæsariq̄ traditas esse. Cuius rei eam rationē suspicor, quod Procōsulariū Prouinciarū uectigalia & tributa publica Pop. Rom. erāt, & ad ærariū pertinebāt, neq̄ ea diminuēdi Procōsuli ius esset. Quæ uero Præsilibus in prouincijs colligebantur, ad Principem eiusq̄ fiscum spectabant, iusq̄ illi remittēdi erat. Hoc enim differt ærarium à fisco, quod illud publicū, hoc est Populi Romani: fiscus Principis est. Quod apertissime C. Plinius in Panegyrico ad Traianū Cæsarem ostendit: At fortasse non eadem seueritate fiscum qua ærariū cohibes: imò tanto maiore, quāto plus tibi licere de tuo quā de publico credis. Hinc est quod maxime in Procōsularibus Prouincijs Procuratores Cæsaris erant. Qui ea procurabant quæ ad Cæsarem ipsum seu Fiscum pertinerent, his uaria potestas attributa à Principibus fuit. Tiberius ius in seruitia familiaresq̄ pecunias solum dedit, adeo ut Lucillium Capitonem procuratorem in Asia suum à Senatu damnari permisit, quod præscripta mandata excessisset, uimq̄ Prætorum usurpasset. Amplius Claudius Cæsar concessit, effecitq̄ ut Senatuscōsulto caueretur, parem uim rerū habendam à Procuratoribus suis iudicatarū, ac si ipse statuisset. Hinc maximam sibi uim Cumanus & Felix, eius in Iudæa Procuratores usurparunt, de qua merito Iosippus cōqueritur. Illud cōstat, sub Traiano aduersus inuitos iurisdictionē nullam Procuratoribus fuisse, ut disceptantibus liberum esset eos nō eligere: adhiberi tamen in cōsiliū à Præsilibus debere, cum de causa fiscali agitur, idem Imperator Cæcilio Plinio rescripsit. At hodie dubiū non est, quoties inter fiscum & priuatū questio uertitur, eos adeundos esse. Scribit Lampridius, Alexandrū Imperatorē eos sæpius mutare solitū fuisse, ne annum excederent, etiam si boni essent, sibi inuisos affirmasse, tanq̄ necessariū malū. Hosce Procuratores Cæsaris, & Procuratores fisci eosdē fuisse non ambigo, qui & alio nomine Rationales, & Procuratores patrimonij appellantur: Idq̄ in Cōmodo Lampridius, & in Maximini uita Capitolinus ostendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, suos & modeste suscipere tributa iussit, & excedētes modū, rationē factorū suorū reddere præcepit: nec unq̄ lætatus est lucro quo Prouincialis opprimeret. Procurator uero priuatæ rationis, cuius quadā Alexātri cōstitutione mentio est, ut nō multū à cæteris Rationalib. differebat, ita præcipuū Aegyptij magistratus nomē erat. De uictō enim apud Actiū Antonio, extinctaq̄ Cleopatra, in formā Prouincie C. Octauius Cæsar Aegyptū redegit. Et quoniā seditiosissimi naturaliter erant Aegyptij, opportunatq̄ tellus alendo bello, noluit eam per Senatores administrari, ne popularibus studijs ducti facile ad Imperiū aspirarent, idq̄ & Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. 2. Augustus, inquit, inter alia dominationis arcana uetitis, nisi permissu, ingredi Senatorib. aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegyptū, ne fame urgeret Italiā, quisquis eā Prouincia claustratq̄ terræ ac maris, quāuis leui præsidio, aduersum ingētes exercitus præsedisset. Sed & in 12. D. Augustus apud Equestres qui Aegypto præfiderēt, lege agi, decretatq̄ eorū perinde haberi iusserat ac si magistratus Romani constituisent. Vopiscus scribit, Aurelianū Imp. Saturnino mandasse
 ne Aegy

ne Aegyptum uideret. Quod præceptū cum ille spreuisset, leuissima gens, rerumq; nouarū auida, eum Imperatorē salutauit, quæ necis eius causa fuit. Strabo autor est, deuicta Cleopatra in certam administrationē Aegyptum redactam, expurgatāq; à Romanis, & ad eam mitti solitos moderatione & prudētia insignes uiros sub Præfecti titulo. is est præfectus Augustalis, qui uicē regis obtinet. Est & *δικαιοδότης*, id est Iuridicus, in cuius potestate maxima est iudiciorum pars. Est & qui *ἰδίῳ λόγῳ*, quem ego Procuratorem priuatæ rationis interpretor. Ad quem indagatio bonorum uacantiū pertinet, earumq; rerum quæ Cæsari debentur. Horum comites sunt Cæsaris Liberti & Actores, quorū fidei maiora minoraq; iudicia creduntur. Ex Patris autem magistratibus apud eos est *ἐφηγής*, quasi Quæstorē dicas, qui purpuram gestat, alijsq; municipalibus honoribus est insignis, omniumq; curam habet, quæ ciuitati utilia sunt. Est & *ὑπομνημαρχία*, id est Commentariensis, seu Scriba. Tum *ἀρχιδίμαχος*, Iudicalem Præfectum recte appellaueris. *τέταρτος δὲ ὀνυκτηεινὸς στρατηγός*, id est, Nocturnus Prætor. Sane Hypomnematographi quoq; mētio est Theodosii & Valentiniani Cōstitutionē quadam. Ea enim sancitum est, quoties Hypomnematographus aliquos qui munera subeant nominat, si sponte illi acciti sunt, Præfecti Augustalis consensum non esse expectandum, sed protinus functionem exequendam. Quam constitutionē ex doctoribus nostris nemo hæctenus mihi uidetur percepisse. Cæterū erant etiam Procuratores Cæsaris, non in uniuersum alicui Prouinciæ dati, sed particulariter alicui negotio: quod ex antiqua inscriptione coniectari pronum est, quæ Corinthi in hæc uerba adhuc legitur: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciæ Achaïæ & Epiri & Thessaliæ, Rationalem purpurarum, Proc. ab ephemeride, Proc. à mandatis, Proc. à præd. Gallican. Procur. saltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpositum à Fiblis, Præpositum à chrysellinis, hominem incōparabilem. Tixander Aug. lib. officialis. Et hi quidem sunt magistratus, qui ab Augusto constituti, diu perseverauerunt, & tempore quo Iurisconsulti nostri florebant, maxime uiguerunt. Nam posteriores deinde Imperatores, quorum princeps Constantinus, qui Romanorum Coloniam Byzantiū trāstulit, aliam ipsi formam cōmentum sunt: Tumq; coeperunt alij Patrij esse, quàm prius erant, aliaq; Præfectorū pretorio iurisdictione. Hinc Magistri militum, Magistri officiorum, Comites sacrarum largitionum, Comites rei priuatæ, Comites sacri Palatii, Comites sacri patrimonij. Quorum officia quamuis in constitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc differere ab re non erit. Cōstantinus igitur Romanorum ciuium Coloniam cum Byzantium transtulisset, sedem quoq; eam urbis Orientalis imperij esse uoluit, Prouinciasq; certis limitibus designauit, quibus suos Magistratus dedit, Militiamq; ordinauit: cuius rei formulam à successoribus quoq; obseruatam, ex antiquo, eodemq; innominato autore referemus: Is in hunc modum, ut sequitur, scriptum reliquit.

VRBS QVAE ALI-
QVANDO DESOLATA, NVNC
GLORIOSIOR, PISSIMO IMPERIO
RESTAVRATA:



Descriptio urbis Romæ.

Regio I



PORTA CAPENA, cōtinet ædē Honoris & Virtutis, Camenas, & Lacum Promethei. Balneū Torquati, & Vespasiani. Thermas Seuerianas & Commodianas. Aream Apollinis, & Spei, & Galli: Vicum uiridarium. Aream panariā. Mutatorium Cæsaris. Balneum Bolani & Mamertini. Areā Carfuræ. Balneū Abascanti, & Antiochiani. Ædem Martis, & Mineruæ, & Tempestatis. Flumen Almonis. Arcum diui Veri Parhici, & D. Traiani, & Drusi. Vici. x. Ædiculæ. x. Vicomagistri XLVIII. Curatores II. Insulæ triamilia. ccl. Horrea. XIII. Balnea LXXXVI. Lacus LXXXIII. Pistrina XX. Continet pedes duodecim milia. CCXIX.

Regio II



CÆLIMONTIVM, cōtinet Templū Claudij. Macellum magnū. Luparios. Antrum Cyclopi. Cohortes uigilum. Castra peregrina. Caput Africæ. Arborē sanctā. Domū Philippi & Vectilianam, Ludum matutinū & Gallicū. Spoliarium. Samarium. Armamentariū. Micā aureā. Vici VII. Ædiculæ VII. Vicomagistri XLVIII. Curatores duo. Insulæ tria milia DC. Domus CXXIII. Horrea XIII. Balnea LXXXII. Lacus LXII. Pistrina XII. Continet pedes duodecim milia. CC.

Regio III



SIS & SERAPIS, cōtinet Monetā. Amphitheatrū, quod capit loca octoginta septem milia. Ludum matutinum & Dacicū. Domum Brytti. Præsentiſſimū choragiū. Lacum pastoris. Scholam Quæstorum & Capulatorū. Thermas Traianas, & Titianas. Porticum Liuij. Castra Misenatum. Vici XII. Ædiculæ XII. Magistri XLIX. Curatores duo. Insulæ duo milia septingentæ quinquaginta septem. Domus sexaginta. Horrea XIII. Balnea octoginta. Lacus LXV. Pistrina XVI. Continet pedes duodecim milia trecentos quinquaginta.

Regio IIII



TEMPLVM PACIS, cōtinet Porticū absidatā. Aream Vulcani. Aureū bucinū. Apollinē Sandaliariū. Telluris templū. Horrea chartaria. Tigillum sororiū. Colossum altum pedes centū duos semis. Habet in capite radia numero septem, singula pedum uiginti duorum semis. Metam sudantē. Templū Romę & Veneris. Ædē Iouis Statoris. Viam sacram. Basilicam Constantinianā. Templum Faustinae. Basilicam Pauli. Forum transitoriū. Suburrā. Balneū Daphnidis. Vici octo. Ædiculæ octo. Vicomagistri XLVIII. Curatores duo. Insulæ II. milia, septingentæ quinquaginta septem. Domus octoginta octo. Horrea decem

decem & octo. Balnea LXXV. Lacus LXXVIII. Pistrina XII. Continet pedes tredecim milia.

Regio V

FSQVILIAE, Cōtinet Lacum Orphei. Macellum Liuiani. Nym-
pheum D. Alexā dri. Cohortes duas uigilum. Herculē Syllanū.
Ortos Pallantianos. Amphitheatrum castrense. Campum uimi-
nalē sub aggere. Mineruā medicā. Isidē patriciā. Vici xv. Æ-
diculæ xv. Vicomagistri quadraginta octo. Curatores duo. Insulæ tria mi-
lia octingētæ quinquaginta. Domus CLXXX. Horrea XXIII. Balnea LXXV.
Lacus LXXIII. Pistrina xv. Continet pedes quindecim milia, DC.

Regio VI

ALTA SEMITA, continet Templum Salutis & Serapis. Tem-
plum Floræ. Capitolium antiquum. Statuā Mamurij plumbe-
am. Ædem Quirini. Malum punicū. Ortos Salustianos. Gentē
flauīā. Thermas Diocletianas, & Constantianas. x Tabernas.
Gallinas albas. Areā Candidi. Cohortes III uigilum. Vici xvii. Ædiculæ
xvii. Vicomagistri xviii. Curatores duo. Insulæ tria milia quadringētæ
tres. Domus centum quadragintafex. Horrea xvii. Balnea LXXV. Lacus
LXXIII. Pistrina xvi. Continet pedes quindecim milia, DCC.

Regio VII

VIA LATA, continet Lacum Ganymedis. Cohortes vii uigilū,
Arcum nouum. Nympheum Iouis, Ædiculā Caprariā. Campū
Agrippæ. Templum Solis & Castra. Porticū Gypsiani & Con-
stantini. Tempa duo noua, Spei & Fortunæ, Equum Tirida-
tis regis Armeniorum. Forū suarium. Ortos Largianos. Mansuetas. Lapi-
dē pertusum. Vici xv. Ædiculæ xv. Vicomagistri XLVIII. Curatores duo.
Insulæ tria milia octingētæ quinq;. Domus cxx. Horrea xxv. Balnea
LXXV. Laci LXXVI. Pistrina xv. Continet pedes xv milia septingentos.

Regio VIII

FORVM ROMANVM ET MAGNVM, continet Rostra. Genium
populi Romani aureum, & Equum Constantini. Senatulū. A-
trium Mineruæ. Forū Cæsarī, Augusti, Neruæ Traiani. Tem-
plum D. Traiani, & Columnā Cochlidem altam pedescxxviii
semis. Gradus intus habet CLXXXV. Fenestras XLV Cohortes vi uigilū,
Basilicā argentariā. Templum Concordiæ. Umbilicum Romæ. Templū
Saturni & Vespasiani. Capitolium. Miliariū aureum Iuliæ. Templum Cæs-
torum, Vestæ. Horrea Germanicana & Agrippinæ. Aquā cernentē qua-
tuor Scauros sub æde. Atrium Caci. Vicum iugarium unguentarium. Græ-
costasim. Porticum margaritariā. Elephantū herbarium. Vici triginta qua-
tuor. Ædiculæ xxix. Vicomagistri XLVIII. Curatores duo. Insulæ tria mi-
lia octingētæ octoginta. Domos cxxx. Horrea xviii. Balnea LXXXIII.

DESCRPTIO

Laci cxx. Pistrina xx. Continet pedes tredecim milia lxxvii.

Regio IX



IRCVS FLAMINIUS, cōtinet Stabula numero iiii factionum. Ædem Herculis. Porticum Philippi. Minutias ii. ueterem & frumentariã. Cryptam Balbi. Theatra quatuor, in primis Balbi quod capit loca triginta milia lxxxv. Campum Martiũ. Trigarium. Ciconias nixas. Pantheum. Basilicã Matidij, & Martiani. Templũ D. Antonini, & columnam Cochlidem, altam pedes clxxv semis, gradus intus habet cciii. fenestras lvi. Hadrianiũ. Thermas Alexandrinas, & Agrippinas. Porticum Argonautarũ, & Meleagri. Iseum & Serapeũ. Insulã Feliculæ. Vici xxxv. Ædiculæ xxxv. Vicomagistri xlvi. Curatores ii. Insulæ duomilia septingentæ lxxiiii. Domus cxl. Horrea xxii. Balnea lxxiii. Laci lxxiii. Pistrina xx. Continet pedes triginta duo milia d.

Regio X



ALATIVM, cōtinet Casam Romuli. Ædẽ Matris deũ, & Apollinis Rhamnusi. Pentapylũ. Domũ Augustanã & Tiberianam. Ædem Iouis Victoris. Domum Dionis. Curiã ueterẽ. Fortunam respicientẽ. Septizonium D. Seueri. Victoriã Germanianam. Lupercal. Vici xx. Ædiculæ xx. Vicomagistri xlvi. Curatores duo. Insulæ duo milia dcxliii. Domus lxxxviii. Horrea xlvi. Balnea xiiii. Laci lxxxix. Pistrina xx. Continet pedes xi. milia sexcentos.

Regio XI



IRCVS MAXIMVS, qui capit loca quadringẽta octoginta quinque milia, continet xii. portas. Templũ Mercurij. Ædem Ditis patris. Cererem. Portam trigeminã. Apollinem celispicem. Herculem Oliuarium. Velabrum. Arcũ D. Constantini. Vici xviii. Ædiculæ xix. Vicomagistri xix. Curatores duo. Insulæ duo milia sexcentæ. Domus lxxxix. Horrea xvi. Balnea xv. Laci xx. Pistrina xv. Cōtinet pedes undecim milia quingentos.

Regio XII



ISCINA PVBLICA, cōtinet Areã radicariam. Viam nouã. Fortunam mammosam. Isidem Athenodoriã. Ædem Bonę deæ sub saxanæ. Signũ delphini. Thermas Antoninianas. Septem domos Parthorum. Campum lanatarium. Domum Chilonis. Cohortes iiii uigilum. Domum Cornificij. Priuatum Hadriani. Vici xiiii. Ædiculæ. xvii. Vicomagistri xlvi. Curatores duo. Insulæ duo milia, quadringentæ octoginta septem. Domus cxiiii. Horrea xvii. Balnea lxxiii. Laci lxxxix. Pistrina xx. Continet pedes duodecim milia.

Regio

Regio XIII

AVENTINVS, continet Templum Dianæ & Mineruæ. Nympha tria. Thermas Varianas & Decianas. Doliolum. Mappā aureā. Platanones. Horrea Galbæ. Porticū fabariā. Scholā Cassij. Forū pistoriū. Vici XVII. Ædiculæ XVII. Vicomagistri XLVIII. Curatores duo. Insulæ duo milia quadringentæ octoginta septē. Domus CXXX. Horrea XXV. Balnea LXIII. Lacus LXXXVIII. Pistrina XX. Continet pedes ducenta nouem milia.

Regio XIII

TRANSTYBERINA, cōtinet Gaianū. Vaticanum. Frygianū. Nausmachias V. Ortos Domitios. Balneū Ampelidis & Prisci, & Dianæ molinas. Ianiculū. Statuā Valerianā. Cohortes septem uigilū. Caput Gorgonis. Fortis fortunę templū. Areā Septimianā. Herculē cuban tem. Campū Brytianū & Codetanum. Ortos Getæ. Castra lecticariorum. Vici LXXVIII. Ædiculæ LXXVIII. Vicomagistri XLVIII. Curatores tres. Insulæ quatuor milia quadringētæ quinq̄. Domus CL. Horrea XXII. Balnea LXXXVI. Lacus CLXXX. Pistrina XXIII. Continet pedes triginta tria milia. quadringentos octoginta octo.

Bibliothecæ XXIX

Ex ijs præcipuæ duæ, Palatina & Vlpia.

Obelisci V

IN Circo maximo unus, altus pedes LXXXVIII semis. In Vaticano unus, altus pedes LXXI. In Campo Martio unus, altus pedes LXXXII semis. In Mausoleo Augusti duo, singuli pedum XLII semis.

Pontes VII

AELIUS, Aurelius. Moluius. Sublicius. Fabricius. Cestius & Probi.

Montes VII

CÆlius. Auentinus. Tarpeius. Palatinus. Esquilinus. Vaticanus. Ianiculensis.

Campi VIII

Viminalis. Agrippæ. Martius. Codetanus. Octauius. Pecuarius. Lanatarius. Brytianus.

Fora XI

Romanum. Magnū. Cæsaris. Augusti. Neruæ Traiani. Ænobarbi. Forum boarium. Suarium. Pistorum. Gallorum, & Rusticorum.

Basilicæ X

Vlvia. Vlpia. Pauli. Neptuni. Matidij. Marciana. Bascellaria. Floscella-
ria. Sicinij. Constantiniana.

Thermæ XI

TRaiana. Titiana. Agrippina. Syre. Commodiana. Seueriana. Alexan-
drina. Antoniniana. Deciana. Diocletiana. Constantiniana.

Aquæ XIX

TRaiana. Annia. Algia. Claudia. Martia. Herculea. Iulia. Augustea. Ap-
pia. Alsetina. Setina. Ciminia. Aurelia. Damnata. Virgo. Tepula. Seue-
riana. Antoniana. Alexandrina.

Via XXIX

TRaiana. Appia. Latina. Lauicana. Prænestina. Tiburtina. Nomentana.
Salaria. Flaminia. Æmilia. Clodia. Valeria. Aurelia. Campana. Ostien-
sis. Portuensis. Ianiculensis. Laurentina. Ardeatina. Setina. Quintia. Cassia.
Gallica. Cornelia. Triumphalis. Patinaria. Asinaria. Ciminia. Tiberina.

Horum Breuiarium.



APITOLIA II. Circi duo. Amphitheatra duo. Colossi duo.
Colunæ cochlides duæ. Macella duo. Theatra III. Ludi III. Nau-
machia v. Nymphæa xv. Equi magni xxiii. Deaurati lxxx.
Eburnei lxxxiiii. Arcus marmorei xxxvi. Portæ xxxvii.
Vici ccccxxiiii. Ædes ccccxxiiii. Vicomagistri dclxxii. Curatores
xxiiii. Insulæ per totam urbē numero quadraginta sex milia sexcentę duo.
Domus mille septingentæ octoginta. Balnea dcccclvi. Lacus mille cccclii.
Pistrina ccliiii. Lupanaria xlv. Latrinæ publicæ xliiii. Cohortes præto-
tum Maurorum Venetorum Venetis. PRAEFECTVS militum Maurorū
Osismiācorum Osismijs. PRAEFECTVS militum superuentorum Man-
natias. PRAEFECTVS militum Martensium Aleto. PRAEFECTVS militum
primæ Flauie Constantia. PRAEFECTVS militum Vrsariensium Rotoma-
go. PRAEFECTVS militum Dalmatarum Abrincatis. PRAEFECTVS militū
Grannonensium Grannono.

Extenditur tamē tractus Armorici & Ner-


VICANI LIMITIS PER PROVINCIAS QVINQVE.

PER Aquitanicam primam & secundam; Senoniam, secundam Lug-
dunensem & tertiam.


OFFICIUM autem habet idem uir spectabilis Dux hoc modo.

PRINCIPEM ex officijs Magistrorum militum Præsentium alternis an-
nis. Numerariū à parte peditū uno anno. Commentariensem de officijs al-
ternis annis. Adiutorem. Subadiuuam. Regerendarium. Exceptores. Sin-
gulares, & reliquos Officiales.

NOTITIA PROVINCIARVM
Dux Belgicæ secundæ.




LITVVS SAXONICVM



QVARTENSIS

PORTVÆ PATIACI








IMPERII ROMANI
Sub dispositione uiri spectabilis, Ducis
BELGICAE SECUNDAE.

EQVITES Dalmatae Marcis in litore Saxonico. * Sambricæ in loco
Coquartensi siue Hornensi. TRIBVNVS militū Neruiorum Portu æpatiaci.
OFFICIUM autem habet idem uir spectabilis hoc modo.
PRINCIPEM ex eodem corpore. Cornicularium. Commentariensem. Ad
iutorem. Subadiuam. Regerendarium. Exceptores. Singulares, & reli
quos Officiales.

Dux

NOTITIA PROVINCIARVM
Dux Britanniarum.



Sub dispositione uiri spectabilis, Ducis

BRITANNIARVM.

PRAEFECTVS Legionis sextæ. PRAEFECTVS equitum Dalmatarum Præsidio. PRAEFECTVS equitum Crispianorum Dano. PRAEFECTVS equitum Catafractariorū Morbio. PRAEFECTVS Numeri Barcariorum Tigriensium Arbeia. PRAEFECTVS Numeri Neruiorū Dictensū Dicti. PRAEFECTVS Numeri uigilum Concangios. PRAEFECTVS Numeri exploratorum Lauatres. PRAEFECTVS Numeri Directorum ueterum. PRAEFECTVS Numeri defensorum Braboniaco. PRAEFECTVS Numeri Solensium Maglouæ. PRAEFECTVS Numeri Pacensū Magis. PRAEFECTVS Numeri longouicariorum Longouico. PRAEF. Numeri Deruentiensis Deruentione.

Item per lineam Valli.


TRIBVNVS cohortis quartæ Lergorum Segeduno. TRIBVNVS cohortis Cornouiorum ponte Ælij. PRAEFECTVS Alæ primæ Astorum Conderco. TRIBVNVS cohortis primæ Frixagorum Vindobala. PRAEFECTVS Alæ Sauinianæ Hunno. PRAEFECTVS Alæ secundæ Astorum Cialurno. TRIBVNVS cohortis primæ Batauorum Procolitia. TRIBVNVS cohortis primæ Tungrorum Borcouico. TRIBVNVS cohortis quartæ Galorum Vindolana. TRIBVNVS cohortis primæ Astorum Æsica. TRIB. cohortis secundæ Dalmatarum Magnis. TRIBVNVS cohortis primæ Æliæ Dacorum Amboglanna. PRAEFECTVS Alæ petrianæ Petrianis. PRAEF. Numeri Maurorum Aurelianorum Aballaba. TRIBVNVS cohortis secundæ Lergorum Cōgauata. TRIBVNVS cohortis primæ Hispanorum Axeloduno. TRIBVNVS cohortis secundæ Thracum Gabrosenti. TRIBVNVS cohortis primæ Æliæ Classicæ Tunnocelo. TRIB. cohortis primæ Morinorum Glanibanta. TRIBVNVS cohortis tertiae Neruiorum Alione. CVNEVS Armaturarum Bremetenraco. PRAEFECTVS Alæ primæ Herculeæ Olenaco. TRIBVNVS cohortis sextæ Neruiorum Virofido.

OFFICIUM autem habet idem uir spectabilis Dux hoc modo.


PRINCIPEM ex officijs Magistrorum militum præsentium alternis annis. Commentariensem utruq;. Numerarios ex utrisq; officijs omnino. Adiutorem. Subadiuuam. Regerendariū. Exceptores. Singulares, & reliquos Officiales.

Dux


NOTITIA PROVINCIARVM
Dux Mogontiacensis.




Salectio




Tabernæ




Vico Iulio




Nemetis




Alta ripa




Vuangionis




Mogontiaco




Bingio




Bodobrica



Confluentibus



Antonaco



IMPERII ROMANI
Sub dispositione uiri spectabilis Ducis
MOGONTIACENSIS.

PRAEFECTVS militum Pacensium Saletione. PRAEFECTVS militum Me-
napiorum Tabernis. PRAEFECTVS militum Anderecianorum Vico Iu-
lio. PRAEFECTVS militum Vindicū Nemetes. PRAEFECTVS militū Mar-
tensium alta Ripa. PRAEFECTVS militum secundæ Flauiae, Vangiones.
PRAEFECTVS militum Armigerorum Mogontiaco. PRAEFECTVS militum
Bingensium Bingio. PRAEFECTVS militū Balistariorū Bodobrica. PRAE-
FECTVS militum Defensorum Cōfluentibus. PRAEFECTVS militum Acin-
censium Antonaco.

OFFICIUM autem habet idem uir spectabilis Dux hoc modo.

PRINCIPEM ex officijs Magistrorum militum praesentalium alternis an-
nis. Numerarium à parte peditum semper. Commentariensem à parte pe-
ditum semper. Adiutorem. Subadiuuā. Regerendarium. Exceptores. Sin-
gulares & reliquos Officiales.

Item praepositurae Magistri militum praesenta-
LIVM A PARTE PEDITVM IN ITALIA.

In Prouincia Venetia inferiore.

PRAEFECTVS classis Venetum Aquileiae.

In Prouincia Flaminia.

PRAEFECTVS militum iuniorum Italicorum Rauennae. PRAEFECTVS
classis Rauennatum cum curis eius de ciuitate Rauennae.

In Prouincia Liguria.

PRAEFECTVS classis Comensis cum curis eiusdem ciuitatis Como.

In Prouincia Campania.

PRAEFECTVS classis Misenatum Miseno.

In Prouincia Gallia Riparenfi.

PRAEFECTVS classis Fluminis Rodani Viennae siue Arelati. PRAEFECTVS
classis Barcariorum Ebruduni Sapaudiae. PRAEFECTVS militum Muscula-
riorum Massiliae Graecorum. TRIBVNVS cohortis primae Flauiae Sapaudig
Calaronae.

In Prouincia Nouempopulana.

TRIBVNVS cohortis Nouempopulanae Lapurdo.

In Prouincia Lugdunensi prima.

PRAEFECTVS classis Araricae Cabaloduno.

In prouincia Lugdunensi Senonia.

PRAEFECTVS classis Anderetianorum Parisijs.

In prouincia Hispaniæ Callecia.

PRAEFECTVS Legionis septimæ geminæ Legionis. TRIBVNVS cohortis secundæ Flauia Pacatiana Pataonio. TRIBVNVS cohortis Secundæ Gallicæ ad cohortē Gallicam. TRIB. cohortis Luceñsis Luco. TRIB. cohortis Celtiberæ, Brigantiæ, nunc Iuliobriga.

In prouincia Tarraconensi.

TRIBVNVS cohortis primæ Gallicæ Veleia. PRAEF. Lætorum Teutonicianorum Carnunto Senonię Lugdunensis. PRAEF. Lætorum Batauorum & gentiliū Sueuorū Baiocas, & Constantiæ Lugdunensis secundæ. PRAEF. Lætorū Gentiliū Sueuorū Cenomannos Lugdunēsis tertiæ. PRAEFECTVS Lætorum Francorum Redonas Lugdunēsis tertiæ. PRAEF. Lætorum Lingonēsium per diuersa disperforum Belgicæ primæ. PRAEF. Lætorum Actorum Epuso Belgicæ primæ. PRAEFECTVS Lætorum Nerviorū Fanomantis Belgicæ secundæ. PRAEF. Lætorū Batauorū Nemetaçensiu Atrabatis Belgicæ secundæ. PRAEF. Lætorū Batauorū Contragisnensium Nouiomago Belgicæ secundæ. PRAEF. Lætorum gentiliū Remos & Siluanectas Belgicæ secundæ. PRAEF. Lætorū Lagensium prope Tungros Germaniæ secundæ. PRAEFECTVS. Lætorum gentiliū Sueuorū Aruernos Aquitaniæ primæ.

Item in prouincia Italia.

PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū Apuliæ & Calabriae. PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū per Brutios & Lucaniam.

Item in prouincia Italia Mediterranea.

PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū Forofuluiensi. PRAEF. Sarmatarū gentiliū Opitergio. PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū Patauio. PRAEFECTVS Sarmatarū gentiliū Veronæ. PRAEFECTVS Sarmatarū gentiliū Cremonæ. PRAEF. Sarmatarū gentiliū Taurinis. PRAEF. Sarmatarum gentiliū aquis siue Tertonæ. PRAEF. Sarmatarum gentiliū Nouariæ. PRAEF. Sarmatarum gentiliū Vercellis. PRAEF. Sarmatarū gentiliū regionis Samnitis. PRAEF. Sarmatarum gentiliū Bononiæ in Æmilia. PRAEF. Sarmatarum gentiliū Quadratis & Eporizio. PRAEF. Sarmatarum gentiliū in Liguria Pollentiæ. PRAEF. Sarmatarum & Taifalorum gentiliū Pictauis in Gallia. PRAEF. Sarmatarum gentiliū à Chora Parisios usq;. PRAEF. Sarmatarum gentiliū inter Remos & Ambianos Prouinciæ Belgicæ secundæ. PRAEF. Sarmatarum gentiliū per tractum Segolaunorum. PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū Lingonas. PRAEFECTVS Sarmatarum gentiliū Augustodunum.

IMPERII ROMANI
Consularis Campaniæ.



NOTITIA PROVINCIARVM


Sub dispositione uiri clarissimi Con-
SULARIS CAMPANIAE.

Prouincia Campaniæ.


OFFICIUM autem habet ita.

PRINCIPEM de officio præfecti prætorio Italiæ. Cornicularium. Tabularios duos pro Numerario. Adiutorem. Commentariensem. Ab actis. Sub adiuuam. Exceptores & reliquos cohortalinos quibus non licet ad aliam transire militiam sine annutatione clemētis principalis. Cæteri omnes consulares ad similitudinem consularium Campaniæ Officium habent.

IMPERII ROMANI
Corrector Apuliæ & Calabriæ.



Prouincia Apulia & Calabria



NOTITIA PROVINCIARVM

Sub iuris dictione uiri clarissimi Correctoris



APVLIAE ET CALABRIAE.

Prouincia Apuliæ & Calabriae.


OFFICIUM autem habet ita.

PRINCIPEM ex eodem officio. Corniculariũ. Tabularios duos. Commensariensem. Adiutorem. Ab actis. Subadiuuam. Exceptores & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annutatione clementiæ principalis. Cæteri Correctores ad similitudinem Correctorũ Apuliæ & Calabriae officium habent.

IMPERII ROMANI
Præfes Dalmatiæ.



Provincia Dalmatia



NOTITIA PROVINCIARVM
Sub iuris dictione uiri Perfectissimi
PRAESIDIS DALMATIAE.

Prouincia Dalmatia.

OFFICIUM autem habet hoc modo.

PRINCIPEM ex eodem officio. Corniculariũ. Tabularios duos. Commensariensem. Adiutorem. Ab actis. Subadiuuam. Exceptores & reliquos cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annutatione clementiæ principalis. Cæteri præsidēs ad similitudinem Præsidis Dalmatiæ officium habent.

NOTITIARVM ROMANI IMPERII FINIS.

DE REBUS BELLICIS

PRAEFATIO




CELESTI semper instinctu, felicitis reipublicæ uestræ cōmoditas sacratissimi principes, opportunis est suggerenda temporibus, ut diuina consilia, diuinis successibus conualecant. Vnde pro ingenij facultate unum capitulum de Largitionū utilitate in hoc libello cōposui, non quòd istud tam immensæ utilitati sufficiat, sed ut ex hoc medio critatis meæ documento præmissō, in reliquis utilitatis possit fides ostendi. Proinde ne promissioni fides accōmodata, uelut fallacem in posterum grauet: pro conscientia ueritatis ipse mihi pœnam præmij loco si promissio secus cesserit posco: ne me laus prosequatur, cum abunde sit in hac parte, indignationem pro audaciā declinare. Sed fas erit reipub. præfulem à priuato desiderata cognoscere, cum rerum utilitas interdum eum lateat inquirentem. Ergo nōnunquā inuitandi sunt, qui nec te quicquid sentire fuerint approbati. Nam ut ait optimus Orator, ad illum maior pars hominum decurrit, quem ingenio natura donauerit. In qua re est cōsiderare semper, quid unusquisque magis sentiat quàm loquatur. Constat enim apud omnes, quòd nec summa nobilitas, nec opum affluentia, aut subnixæ tribunalibus potestates, aut eloquentia literis adquisita, cōsecuta est utilitates artium, in quibus etiam armorum continetur inuentio: sed ingenij tantummodo magnitudo, quæ uirtutum omnium mater est, naturæ felicitate subnixā, quod quidem sine personarum electione uidemus accidere. Nam cum Barbaræ nationes neque facundia polleant, aut dignitatibus illustrentur, minime tamē à rerum inuentione, natura opitulante habentur alienæ. Quamobrē clementissimi Principes, qui gloriam bonæ opinionis perpetua felicitate diligitis, qui Romano nomini debitos affectus propagatis in filios, respicere dignemini, quæ nostris sensibus cōmoda prouidentia diuinitatis intulerit. Vniuersis igitur seu militiam clementiæ uestræ tractantibus, seu ocio priuato contentis, uel terræ cultoribus, siue negociatoribus mercium lucra tractantibus, pro seculi uestri felicitate gaudentibus: consequimini ex hoc opere cōmoda singulorum, quorum species diuersis titulis opportunis quibusque locis oratio subiecta testabitur. Referemus enim quemadmodum remissa tributorum medietate in robur proprium prouinciarum cultor habeatur. Vnde etiam ratione exactioꝝ cessante contumelia, limitum solitudinem erectis castrorum munitionibus incola securus illustret: Quo etiam pacto auri argenti que modus sine dantium pœna duplicetur: uel quo argumēto extra solitam largitatem, cumulatus honoribus miles exultet. His etiam adnectenda credidimus, quæ bellorum necessitatibus terra uel mari in adquirendis uictorijs procurentur. Ex quibus fastidij leuandi gratia, pauca machinarum inuenta referemus. Docebimus igitur, uelocissimū Liburnæ genus decem nauibus

P R A E F A T I O

bus ingenij magisterio præualere, ita ut hæc per eam sine auxilio cuiusquam turbæ obruantur. In terrenis uero congressibus talis est excogitata solertia, ut eques siue aciem rupturus inuadat, siue fugientibus ingerat se, tali arte muniatur, ut semetipsum uerberans sine cuiusquã magisterio efficiat magnas hostium strages. In fluuiorum quoque difficultatibus exquisita est noui pontis inuentio minime subuectioni onerosa. Hunc enim pontem amnibus paludibusque necessarium perpauca homines, aut quinquaginta ferè numero iumenta portabunt. Ex his igitur quæ retulimus, iam futuris ut arbitror designatis, pace uestra dixerim, magnum uobis munus concessu diuinitatis apporto, asserens prouidentia pietatis uestræ armorum uigorem, & cunctam remp. prædictis remedijs subleuandam: quæ quidem non ignota sunt proximis uestræ clementiæ, quos alia plura sollicitant à nobis aliena. Verum quia illos multa occupatos effugiunt, ocio persuasus, non adeo à rerum commoditatibus peregrinus, utilia uestræ felicitati undique redacta conferre gestiui. Si quid uero liberius oratio mea pro rerum necessitate protulerit: æstimo uenia protegendum, cum mihi promissionis implendæ gratia subueniendum est propter philosophiæ libertatem.

DE REBUS BELLICIS
 Commodæ auctoritatis, uariæ
 prætorum monetæ.



De inhibenda largitate.

BELLICAM laudem, & gloriam triumphorū, utilitas semper imitatur ærarij, ne profusa largitio semina magis excitet præliorum. Quæ si prouidentia maiestatis imperatoriæ reprimatur, non amplius bellorum florebit improbitas, sed collatorū potius defecta subsidia recreant. Quòd si largitio immoderata, seruanda profuderit, opum delectabilitas nullo uetustatis more poterit iam necessitatibus subuenire, Quamobrem patrum nobis est paulisper prouidentia referenda, quam in

rebus egenis habuerint, uel quæ nunc in tanta facultatum licentia uideatur. Rectores superioris uitæ non ociosis opibus, sed condendis potius mœnibus lætabantur, in quorum decorem uniuersam auri argentiq; materiã conferebant. Æris quoq; copiã in simulachris proprijs ad uirtutis suæ testimonia figurabant. Ut uero emendi & uendendi utilitas, & ut facultas regiæ largitati suppeteret, in æris usum excultam politius terram & igne solidatam certis quoq; expressiõibus figuratam, auro argẽtoq; reposito, usui habuerunt: sed posteriores fastidientes prisca uilitatis inuentum, formatos è corijs orbis auro modico signauerunt, quibus regum munificentia & cõmutationum necessitas intactis collatoribus utebatur. Sequentior uero ætas æris redundante materia, quam publicus iam mœniũ recusabat ornatus, diuturna ut prior monumenta meditata, æs ualidum ipso pondere pretiosius figurauit: cuius species pro qualitate, ut diximus, ponderis diuturnior fuit, sed potentia regalis pro licentia speciem suam tantum in auro argentiq; signauit, quæ pro reuerentia figuræ nullis usibus proficiens, ad honorem regium sacrata permansit. Æris autem materia, quæ iam præ copia uilior erat, ad dona militaria & uaria populorum cõmercia signabatur. Sed ut uera fines dicta facilius prosequatur, formas & species cõmodas atq; pro temporibus diuersas, uariasq; ueterum prouisiones, exprimi colorum qualitatibus properaui.

Ex quibus temporibus profusio, uel auaritia cœperit.



CONSTANTINI temporibus profusa largitio aurum pro ære, quod antea magni precij habebatur, uilibus cõmercijs assignauit: sed huius auaritiæ origo hinc creditur emanasse. Cum enim antiquitus aurum argentumq; & lapidum preciosorum magna uis in templis reposita ad publicum peruenisset, cūctorum dandi habēdiq; cupiditates accendit. Et cum æris ipsius, quod regū, ut diximus, fuerat uultu signatum, enormis iam & grauis erogatio uideretur, nihilominus tamen à cæcitate quadam, ex auro quod preciosius habetur, profusior erogandi diligentia fuit. Ex hac auri copia priuatæ potentium repletæ domus, in perniciem pauperum clariores effectæ, tenuioribus uidelicet uiolentia oppressis. Sed afflictæ paupertas, in uarios scelerum conatus accensa, nullam reuerentiam iuris, aut pietatis affectum præ oculis habens, uindictam suam malis artibus cõmendauit. Nam sæpe grauissimis damnis affecit imperia, populando agros, quietem latrocinijs persequēdo, inflammando odia, & per gradus criminum fouit tyrannos, quos ad gloriã uirtutis tuæ produxit magis quàm succendit audacia. Erit igitur curæ prudentiæ tuæ, optime Imperator, repressa largitate & collatori prospicere, & in posterum nominis tui gloriã propagare. Deniq; paulisper feliciũ temporũ reuolue memoriam, & antiquæ paupertatis famosa regna considera, quæ agros colere, & abstinere opibus norât, qua hæc honoris laude per omne æuũ frugalitas incorrupta cõmendet. Certe aurea nuncupamus, quæ aurum penitus non habebant.

De frau

De fraude & correctione monetæ.



INTER damna reipub. non ferenda solidorum figura aliquantorū fraudibus deprauata, diuersa populos ratione sollicitat, & regiæ maiestatis imaginem, dum per monetæ culpam refutatur, imminuit. Ementis enim eundem solidum fraudulenta calliditas, & uendentis damnosa necessitas, difficultatē quandam ipsis contractibus intulerunt, ne rebus possit interesse simplicitas. Ergo huic quoq; parti maiestatis uestræ est ut in omnibus adhibēda correctio: ita ut opifices monetæ, redacti undiq; in unam insulam congregentur, nummarijs & solidorū. usibus profuturi, à societate uidelicet inperpetuum contiguæ terræ prohibiti, ne cōmixtionis licentia fraudibus opportuna, integritatem publicæ utilitatis obfuscet. Illic enim solitudine suffragante, integra fides monetæ præstabitur: nec erit fraudi locus, ubi nulla est mercis occasio. Verum ut qualitas futurę discussionis appareat, formas & magnitudinem tam æreæ quàm aureæ figurationis pictura prænunciante subieci.

Felix inchoatio sacræ diuinæq; monetæ.



De iudicum prauitate.



Dhæc igit̃ incōmoda, quæ prouincias auaritiæ artibus uexant, accedit etiam iudicum execranda cupiditas, collatorum utilitatibus inimica. Nam hi despecta reuerentia dignitatũ, uelut mercatores in prouincias se missos existimāt: eo grauiores, quòd ab his procedit iniquitas, unde debuit sperari medicina. & tanquam sua rebus sufficere non possit iniquitas, exactores in profligandis rebus huiusmodi dirigit unusquisq̃, qui diuersis rapinarũ artibus, collatorũ uires exhauriāt, uidelicet quasi parum notabiles haberentur si soli peccarent. Quæ enim ab his occasio fiscalium titulorũ inlibata peracta est, quæ conuentio sine præda discessit. Illis tironũ comparatio, equorũ uel frumenti coemptio, expensa quoq̃ mœnibus profutura, solēnia lucra sunt, & uotiuã direptio. Quod si prouincias casti & integritatis cupidi moderētur, nec fraudi usquam relinquetur locus, & respub. moribus ditata firmabitur.

De releuando militari sumptu.



RELATIS ut uisum est reipub. incōmodis, augustis prouisionibus merito repellendis, ad enormia militum alimenta, ratione non incongrua prohibenda ueniamus: quorum causa, totius tributariæ functionis laborat illatio. Sed ne tantæ confusionis molem occupatio augusta fastidiat, breuius tam diuturni erroris exitũ declarabo. Militaris ordo stipendijs aliquot peractis, ubi ad quinq̃ uel eo amplius annonarum emolumenta peruenerit, ne hæc diutius percipiens rempub. grauet, honesta missione donatus, uacās sibi ocio gaudeat absolutus. In cuius locum posterior succedens, totum numerum per certa temporum spatia expensis grauisimis releuabit. Quòd si numerosior miles de sequentibus scholis in decedentiũ locum uocatur, hic quoq̃ pari liberalitate aliò donatus abscedat, uel ad alium ordinem cui miles deest, locũ suppleturus accedat. Quæ res non solũ expensis grauidam rempub. recreabit, sed etiam curas imperatoriæ prouisionis imminuet. Animabit etiam plures ad militiam, quos ab ea stipendiorũ tarditas prohibebat. Huiusmodi igitur prouisionis utilitas, in augmentum prouincialiũ habet ueteranos, regijs donis opulentos, & ad colendos agros adhuc præuales agricolas: habitabũt limites Arabum, quæ dudum defenderāt loca, & laborum desiderio potiti, erunt ex milite collatores. Verum quia nonnunq̃ bellorum ruina, aut fastidio castrensium munerũ deserta militia, de summa integritatis intercipit, tali remedio huiusmodi damna supplenda sunt: scilicet ut centeni aut quinquageni iuniores, extra hos qui in matriculis continentur, habeantur in promptu armis exerciti, & minori, utpote tirones stipendio subleuati, in locum amissorum, si res ita tulerit, subrogandi. His ita prouisis & integritas secura manebit exercitus, & damnis non deerunt matura & parata inprimis subsidia.

De bellicis machinis.

L Nprimis sciendum est quod imperium Romanum circumlatran-
tium ubiqꝫ nationum perstringat insania, & omne latus limitum
tectā naturalibus locis appetat dolosa barbaries. Nam plerunqꝫ
memoratae gentes aut siluis teguntur, aut extolluntur montibus, aut uindi-
cantur pruinis, nonnullae uagae, solitudinibus ac sole nimio proteguntur.
Sunt quae paludibus fluminibusqꝫ defensae, nec inueniri facile queunt, & ta-
men quietem pacis lacerant inopinatis incurſibus. Ergo huiusmodi natio-
nes, quae aut talibus subsidijs aut ciuitatū castellorūqꝫ mœnibus defendunt,
diuersis & nouis armorū sunt machinis prosequēdæ. Verū nequa difficul-
tas in excitādis armorū generibus oriat, imaginē tormentorum nihil à uero
distantē, colorib. adumbratā orationi subieci, ut sit facilis imitandi cōfectio.

Balista quadrirotis.




Exemplum balistæ quadrirotis.

Exemplum balistæ, cuius fabricam ante oculos positam, subtilis p̄-
ctura testatur. subiecta namqꝫ rotarum quatuor facilitas, duobus
subiunctis & armatis equis, ad usus hanc bellicos trahit, cuius tan-
ta est utilitas pro artis industria, ut omni latere in hostem sagittas
impellat, sagitarij libertatē & manus imitata. Habet foramina per quatuor
parteis, quibus pro cōmoditate rerū circūducta et flexa, facillime ad omnes
impetus parata consistat. Quæ quidem à fronte cochleæ machina, & depo-
nitur celerius & erigitur subleuata. Sed huius temo in quamuis partem ne-
cessitas uocet, cita & facili conuersione deflexus erigitur. Sciendum est au-
tem quod hoc balistæ genus, duorum opera uirorum, sagittas ex se non ut
aliæ funibus, sed radijs eiacular.

Clipeocentrus.

Tichodifrus.



Expositio Tichodifri.


Tichodifrus quod est genus machinæ ex rei suæ cōmoditate, græca appellatione uocabuli sumpsit exordium, eo quod per hūc facilius in murum paretur ascensus, ante balistę semper ducendus incessum, quo protectior eadem balista operetur. Erit ergo huius quoq; compositio uel fabrica, utili & cōmoda inuentione præparanda. Ergo hic idem Tichodifrus, non altior sed humilior fabricatur, ut intra se possit latenter incedentium celare uestigia. Qui duabus superimpositis cratibus fixorijscq; cōfixis, intra se tectos ab omni incurfione defendit, duabus sanè rotis ad promouendam machinam latenter impulsus. Cuius axium extremitate & frons, necnon & superior latitudo, fuscinis & lanceis armat diligenter aptatis: ne aggrediendi cuiquam per uacantia defensore loca, id est superiorem partem, tribuatur facultas.

Expositio Clipeocentri.

ARMA hoc est modicus clipeus, fixorijis minutis ad soliditatem sui diligenter munitus, uarie habetur idoneus. Interdum enim operit gestientem, nonnunq; in fronte tichodifri oppositus, uel in temone suspensus, munit inferius latitantes, ab incurfu comminus uenientum.

Plumbata

BELICIS
Plumbata Tribolata.
Plumbata Mamillata.



Expositio Plumbatæ Tribolatæ.

Hoc iaculi genus quod in modum sagittæ pennis uidetur instructum, non arcus neq; balistæ pulsu consuevit emitti, sed manus impetu & uiribus elisum in hostem cōminus uadit, quod excipienti gemina ratione uidetur afferre perniciem. Aut enim perimit infixum, aut sine uulnere dilapsum & in terram positum, plantæ calcantis infigitur, eo quod in partem quamlibet si fuerit conuersum, ex latere aculeo ex se eminente inferat uulnus. Fit autem ex ligno in modum sagittæ facto, cui ferrum subtiliter in formam uenabuli aptatū infigitur, fistula eiusdem ferri parumper extensa: supra quam modico interiecto spatio, plumbo adhærentes aculei, uelut tribuli emergunt. In summa autem parte eiusdem iaculi affiguntur pennæ celeritatis causâ, tanto uidelicet super easdem pennas relicto spatio, quantum digiti potuerint tenentis amplecti.

Expositio Plumbatæ mamillatæ.

BENE extensa & directa uirga, accipiet in extremitate sui rotundum & in acumen deductum ferrum similibus locis in tribulata plumbo & pennis adhærentibus, ut plumbi pondere & pennarum celeritate adiuta rotunditas teli, facilius clipeos aduersarij & similiter obstantia ualeat penetrare.

Currus

DE REBUS
Currus Drepanus.



Expositio Currodrepani.

Huiusmodi pugnacis uehiculi genus, quod armis præter morem uidetur instructum, reperit Parthicæ pugnae necessitas: sed hoc singulis bene munitis inuecti equis duo uiri, uestitu & armis ferro diligenter muniti, citato cursu in pugnam rapiunt: cuius posterior supra currum pars cultris in ordinem extantibus cõmunitur: uide licet ne facilis à tergo cuiquam præbeatur ascensus. Falces uero acutissimæ axibus eiusdem currus aptantur, in lateribus suis ansulas habentes: quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitū laxati quidem explicant, repressi autem erigunt falces. Qualia uero huiusmodi machinæ funera hostibus immittant, uel quas turbatis ordinibus strages efficiant, dicent melius qui usu bella cognoscunt.

Currodre

BELICIS
Currodrepanus singularis.



Expositio Currodrepani singularis.



N hoc curriculo quod singularis equi tractu discurrit, quodq; u-
nius hominis arte regitur & uirtute protegitur, eadem est que in
priori curru armorum facies, & ad repellenda tela, & ad inferen-
da pericula. Nec distat à superiore quicq; machina, nisi quod su-
perior currus pro magnitudine sui duobus equis tractus, à duobus etiam
bellatoribus gubernatur.

Currodrepanus clipeatus.



Expositio Currodrepani clipeati.

MA CHINAE huius admiratio habet nouitatis aliquid, Est enim a superioribus curribus, quadam parte dissimilis. Hic enim posterior uehicular pars uerberibus spontaneis ad incitandos equos, & clypeis acuto ferro circumdatis, uelut in propugnaculo positus cōmunitur. Et est priori quidem curru hac ratione dissimilis, quod hic non ut ibidem duos equos duorum etiam hominum, sed unius tantū sagacitas regit. A secundo uero curru hac diuersitate fecernitur, quod in illo unus equus & pondus bellatoris subit, dum ipsum equitem portat, & occulto temone iugum trahente minus amplectitur. Hic etiam licet conuertere laxatis funibus explicatas falces, & ad perniciem hostiū longius ab axe porrectas. Funis uero quo laxato, aut explicantur falces, aut represso super eisdem axes eriguntur, ligatur circulo hærenti catafracto in posterioris lateris parte exteriori, per quod uestiti equi, ad omnes telorū muniuntur incursum.

BELICIS
Thoracomachus.




Expositio Thoracomachi.

INTER omnia quæ aduersum bellicum prouida posteritatis cogitauit antiquitas, Thoracomachum quoque mira utilitate ad leuamentum corporis armorum ponderi & asperitati subiecit. Hoc enim uestimenti genus, quod de coactili ad mensuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo solertia magistra composuit: ut hoc inducta primum lorica uel cliueus, aut his similia, fragilitatem corporis, ponderis asperitate non læderent: membra quoque uestientis inter armorum hyemisque discrimen, tali solatio adiuta, labori sufficiant. Sanè ne idem Thoracomachus pluuijs uerberatus ingrauescente pondere adficiat uestientem, de libycis bene confectis pellibus ad instar eiusdem Thoracomachi faciem conueniet superinducere. Hoc igitur ut diximus Thoracomacho inducto

ducto, cui græca appellatio extuitione corporis nomen assumpsit: foccis etiam hoc est calciamentis & ferratis ocreis inductis, superposita galea & scuto uel gladio lateri aptato, arreptis lanceis in plenum pedestrem subitus pugnâ miles armabitur.

Ascogefrus.




Expositio ascogefri.

N Interdum necessario itineri exercitus, fluuioꝝ quod plerunqꝫ euenit occurſus impediât, remedium ad hanc rem, & cõpendio facile & uſu præcipuũ reperit ingenioſa neceſſitas, quod tali ratione componitur. Vitulinis pellibus arabica arte molitis. Eſt enim apud eos præcipua confectionis cura, propter aquam de puteis follibus hauriendam. His igitur ut dictum eſt diligenter ſutis fiunt utres in magnitudinem trium & ſemis pedum. Ita ut cum idem utres ſpiritu inflati tumuerint, non extollât uterũ, ſed æqualitate quadam plenitudo ipſa utrius ſpatia plana perficiat, ex quorum lateribus loris ſubter adnexis inuicẽ colligantur, deſuper autem una parte circulis extantibus, ex altera immittũtur uncini. Et ita in formã pontis adſociata partibus explicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo fluuio propter impetum meatus facilius uſqꝫ ad alteram explicabitur ripam, quod fixis in utraqꝫ ripa ferreis palis & funibus ualidis in medio quidem ſub ipſis utribus propter incedentiũ ſuſtinendum pondus, in marginibus autem firmitatis gratia deſuper extenſis, tranſeundi per fluuiũ nouo quodam & peregrino itineris apparatu intra breue temporis

ris spatium præbebit liberã facultatem. Admonendi præterea fumus, quòd super utrum compaginationem, cilicia sunt incedentium substernenda ue stigijs, ne lubrica pellium confectio insistendi deneget firmitatem. In utraq; tamen ripa erunt manubalistæ dispositæ, ne hostilis manus pontem operantibus impedimento consistat.


Liburna.



Expositio Liburnæ.

Liburnam naualibus idoneam bellis, quam pro magnitudine sui terrorem exerceri manibus quodammodo imbecillitas humana prohibebat, quocumque utilitas uocet ad facilitatem cursus, ingenij operæ subnixæ animalium uirtus impellit. In cuius alueo uel capacitæ bini boues machinis adiuncti, adhærenteis rotas nauis lateribus uoluunt: quarum supra ambitum uel rotunditatem extantes radij currentibus hisdem rotis in modum remorum aquam conatibus elidentes miro quodam artis effectu operantur impetu parturiente discursum. Hæc eadem tamen liburna pro mole sui proque machinis in semet operantibus tanto uirium fremitu pugnam capessit, ut omnes aduersarias liburnas comminus uenientes, facili atritu comminuat.

D E R E B V S
Balista fulminalis.



Expositio balistæ fulminalis.

Huiusmodi balistæ genus murali defensionis necessarium supra cæteras impetu & uiribus præualere usu compertum est. arcu etenim ferreo supra canalem quo sagitta exprimitur erecto, ualidus nerui funis ferreo unco tractus, eandem sagittam magnis uiribus in hostem dimissus impellit. Hunc tamen funem non manibus neque uiribus militum trahi fabricæ ipsius magnitudo permittit, sed retro duabus rotis uiri singuli radiorum nisibus adnitentes, funem retrorsum tendunt, pro difficultate rei uiribus machinis acquisitis. Balistam tamen ipsam ad dirigenda seu altius seu humiliter tela, cochleæ machina, pro ut uocet utilitas, nunc erigit nunc deponit. Hoc tamen miræ uirtutis argumentum tot rerum diuersitate connexum, unius tantum otiosi ut ita dicam hominis, ad offerendam tantummodo impulsioni sagittam, opera gubernat. Videlicet ne si hominum turba huius ministerio inseruiret, minueretur artis inuentio. Ex hac igitur balista tot & tantis ingenij artibus cõmunita, expressum telum in tantum longius uadit, ut etiam DANUBII famosi pro magnitudine fluminis latitudinem

itudinem ualeat penetrare: Fulminalis etiam nuncupata, appellatione sua uirium testatur effectum. His igitur inuicte imperator machinarum quoque inuentionibus comunitam potentiam inuicti duplicabis exercitus, hostium incurfibus non ui solum & uiribus obuiando, sed etiam artis ingenio, maxime cum animi sagacitate per omnia elementa machinas repereris ualituras. Nam siue terra sint subeunda discrimina contra desperati hostis audaciam, falcatis curribus per aperta camporum fugientium agmina persequeris. Siue murum subire tentauerit occulta temeritas, experietur Balistæ fidem an tequam ueniat, aut si uictricem exercitus cursum fluuiorum uspiam meatus impedit, portatilis pontis peculiaris succurret inuentionio. Quod si nauali bello terras fugiens maria hostis obsideat, nouo celeritatis ingenio terrestri quodammodo ritu rotis & bubus subacta fluctibus liburna transcurrens restituet sine mora uictoriam. Quis enim huius uiribus resistet, quæ & terrestris uehiculi nititur firmitate, & habet de nauigij facilitate remedium. Erit præterea fulminalis balista felicitum limitum custos, quæ quanto minus ad armandam se uirorum ministerium quærit, tanto est ingenij uirtute præstantior. Quicquid enim opis in ea numerosior manus afferre potuisset, id sibi artis ingenio dotata largitur.

De bellico apparatu.



M bellicus apparatus prouocet certamina, ne turba militum confusis ordinibus uirtus compressa minuatur, conueniet ducum spatia ternis agminibus ordinare. Ita ut singula quæque agmina duobus tantum uirorum milibus instruantur: ne compressa populositas, in perniciem propriam auxilijs abundans, suis copijs opprimatur. Conueniet tamen per glaciales euntem militem plagas & thoracomacho muniri, & reliquis ad tutelam pertinentibus rebus prout membrorum poscit utilitas armari: ut & frigoribus sufficiat, & telis possit occurrere minoribus sine clipeis assumptis: ne sit, quod usu plerumque euenit, pro armorum latitudine siluarum densitas inaccessa, & amittatur armorum enormitate refugium. Ad omnia tamen repentina subsidia militarem uiam leuibus portatum uehiculis ascogefri comitetur auxiliū: quo facilius & latior fluminum superetur occurfus, & effugiendi transfluum si res ita tulerit, facilitas offeratur. Persarum sanè gens cui præter cæteras nationes & dolus cordi est, & corpori suppetit uirtus, quadratis est agminibus, & maiori bellorum apparatu superanda. Vbi etiam machinarum est omnis quam retulimus industria proponenda, quæ & uiribus resistat, & dolos callidæ gentis refutet. In huiusmodi igitur congressibus tichodifrus duorum gestatus ministerio uirorum, protegat balistam multum bellicis subsidijs profuturam. Sub ipsius ergo tichodifri tegmine latentes scutati usque ad uiciniam pugnaturi hostis adueniant, qui post detecti protegendi sunt ab omni telorum nube, eiusdem tichodifri tabulatis ut meminimus acutis ferreis comunitis. Cum uero inclinatum hostium pondus fugæ præsidia meditetur, falcatis curribus exercenda

uictoria est, quibus fugientium poplites incidantur. Vbi tamen angustiora loca agmen nequaquam explicari permiserint, coartatam aciem longus machinarum siue tormentorum ordo circumdet, ne constrictum latus liberior hostis infestet. Erit tamen utilior cura, si duplex animalium numerus ad subuectionem tormentorum ducatur, ut sit copia in dubijs rebus uel lassitudinis uel casibus subuenire.

De limitum munitiōibus.



ST præterea inter cōmoda reipub. utilis limitum cura, ambientium ubique latus imperij, quorum tutelæ assidua melius castella prospicient. Ita ut millenis interiecta passibus stabili muro & firmissimis turribus erigantur, quas quidem munitiōes possessorum distributa sollicitudo sine publico sumptu constituat, uigilijs in his & agrarijs exercendis, ut prouinciarum quies circumdata quodam præsidij cingulo inlæsa requiescat.

De legum uel iuris confusione

purganda.



DIUINA prouidentia sacratissime Imperator domi forisque rei publicæ præsidij cōpositis, restat unū de tua serenitate remedium ad ciuiliū curarum medicinam, ut confusas legum cōtrariasque sententias improbitatis reiecto litigio, iudicio augustæ dignationis illumines. Quid enim sic ab honestate consistit alienum, quàm ibidem studia exerceri certandi, ubi iustitia proficiente discernuntur merita singulorum.

FINIS.

Altercatio Adriani Aug.
& Epicteti philosophi.



ALTERCATIO HADRIANI AVG. ET EPI-

CTETI PHILOSOPHI.



HADRIANVS. Quid erit nobis si cinctum soluas, nec nuda beris ipse? respice corpus, quo & doceri possis. EPIC. Epistola est. HAD. Quid est epistola? EPIC. Tacitus nuncius. HAD. Quid est pictura? EPIC. Veritas falsa. HAD. Quare hoc dixisti? EPIC. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non est uerum. HAD. Quid est aurum? EPIC. Mancipium mortis. HAD. Quid est argentum? EPIC. Inuidiæ locus. HAD. Quid est ferrum? EPIC. Omnis artis instrumentum. HAD. Quid est gladius? EPIC. Regimen castrorum. HAD. Quid est gladiator? EPIC. Sine crimine homicida. HAD. Qui sunt qui sani ægrotant? EPIC. Qui aliena negocia curant. HAD. Qua ratione homo lassus non fit? EPIC. Lucrum faciendo. HAD. Quid est amicitia? EPIC. Concordia. HAD. Quid est longissimum? EPIC. Spes. HAD. Quid est spes? EPIC. Vigilanti somnus, expectanti dubius euentus. HAD. Quid est quod homo uidere non potest? EPIC. Alterius animum. HAD. Qua re peccant homines? EPIC. Cupiditate. HAD. Quid est libertas? EPIC. Innocentia. HAD. Quid regi & misero commune est? EPIC. Nasci & mori. HAD. Quid est optimum ac pessimum? EPIC. Verbum. HAD. Quid est quod alij placet & alij displicet? EPIC. Vita. HAD. Quid est optima uita? EPIC. Breuissima. HAD. Quid est certissimum? EPIC. Mors. HAD. Quid est mors? EPIC. Perpetua securitas. HAD. Quid est mors? EPIC. Timenda nulli, si sapiens degat, Inimica uitæ, Numen animantium, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lachrymæ, Post memoriam obliuio, Fax rogi, Onus sepulchri, Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis est. HAD. Quare mortuus coronatur? EPIC. Agonem se uitæ transegisse testatur. HAD. Quare mortuo pollices ligantur? EPIC. Vt parem post obitum esse se nesciat. HAD. Quid est uespillo? EPIC. Quem multi deuitant, & nemo effugit. HAD. Quid est rogo? EPIC. Contentio crediti, persolutio debiti. HAD. Quid est tuba? EPIC. Belli incitamen, Castris signum, Arenæ admonitio, Scenæ commissio, Funeris deploratio. HAD. Quid est monumentum? EPIC. Saxa stigmosa, Otiosi uiatoris spectatio. HAD. Quid est homo pauper? EPIC. Quem ut puteum desertum, omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt. HAD. Quid est homo? EPIC. Balneo similis. Prima cella tepidaria unctuarum, infans natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueritia est. Tertia cella aspera perferentaria iuuentus. Quarta, cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam. HAD. Quid est homo? EPIC. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra, aut matura cadunt: aut, si cito, acerba ruunt. HAD. Quid est homo? EPIC. Sicut lucerna in uento posita. HAD. Quid est homo? EPIC. Loci hospes, Legis imago, Calami

quid est in pituita?
est musica continua

Quid est merda?
est frumentum arborum
faxe. et omnium rerum
ponderosissima

Quid est stultus
Imperatoris
est speculum ueritatis

Quid est fama
murmur inane malis
gloria digna bonis

Quid est Rex
est pater et pastor
populi.

quid sunt lacrymæ
monstrum
sunt fraudis et
mari pernicii,

ergo in patentes
tubas in caua

ALTERCATIO

Calamitatis fabula. Mancipiū mortis. Vitæ mora. Quo fortuna sæpe suos ludos facit. HAD. Quid est fortuna? EPIC. Ut matrona nobilis, quæ in seruos se impingit. HAD. Quid est fortuna? EPIC. Sine iudicio proxima meta, Alienorum bonorum casus, Ad quem uenit, splendorem ostendit, A quo recedit, umbram facit. HAD. Quot sunt autem fortunæ? EPIC. Tres. Vna cæca quæ ubilibet se impingit. Et alia insana, quæ concedit, cito aufert. Tertia surda, quæ miserorum preces non exaudit. HAD. Quid sunt dij? EPIC. Oculorum signa, Mentis numina, Si metuis, timor est, Si contines, religio est. HAD. Quid est sol? EPIC. Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quæ scire nobis cursum horarū dat. HAD. Quid est luna? EPIC. Diei adiutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarū. HAD. Quid est cœlū? EPIC. Culmē immensum. HAD. Quid est cœlū? EPIC. Aer mūdus. HAD. Quid sunt stellæ? EPIC. Fata hominū. HAD. Quid sunt stellæ? EPIC. Litora gubernatorū. HAD. Quid est terra? EPIC. Horreū Cereris. HAD. Quid est terra? EPIC. Cellarium uitæ. HAD. Quid est mare? EPIC. Iter incertū. HAD. Quid est nauis? EPIC. Domus erratica. HAD. Quid est nauis? EPIC. Ubilibet hospitiū. HAD. Quid est nauis? EPIC. Numina Neptuni, Anni cursuum tabellariū. HAD. Quid est Nauta? EPIC. Amator Pelagi, Firmi desertor, Contemptor uitæ, mortisq; Vndæ cliens. HAD. Quid est somnus? EPIC. Mortis imago. HAD. Quid est nox? EPIC. Laboranti requies, Grassanti lucrū. HAD. Quid est culcitra? EPIC. Insomnis uoluatorium. HAD. Quare Venus nuda pingitur? EPIC. Nuda Venus picta, nudi piŕguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet. HAD. Quare Venus Vulcano nupta est? EPIC. Ostendit amorem ardore incendi. HAD. Quare Venus straba est? EPIC. Quia prauus est amor. HAD. Quid est amor? EPIC. Otiosi pectoris molestia, In puero pudor, In uirgine rubor, In scemina furor, In iuvene ardor, In sene risus, In desrisore delicti, nequities est. HAD. Quid est deus? EPIC. Qui omnia tenet. HAD. Quid est sacrificium? EPIC. Delibatio. HAD. Quid est sine societate? EPIC. Regnum. HAD. Quid est regnum? EPIC. Pars deorum. HAD. Quid est Cæsar? EPIC. Publicæ lucis caput. HAD. Quid est senatus? EPIC. Ornamentum urbis, Splendor ciuium. HAD. Quid est miles? EPIC. Musrus imperij, Defensor patriæ, Gloriosa seruitus, Potestatis indicium. HAD. Quid est Roma? EPIC. Fons imperij orbis terrarum, Mater gentium, Rei possessor, Romanorum contuberniū, Pacis æternæ cōsecratio. HAD. Quid est uictoria? EPIC. Belli discordia, Pacis amor. HAD. Quid est pax? EPIC. Tranquilla libertas. HAD. Quid est forū? EPIC. Templum libertatis, Arena litigantiū. HAD. Quid sunt amici? EPIC. Statuæ aureæ sunt. HAD. Quid est amicus? EPIC. Pomo citreo similis, foris beatus, nam intra pectus acidum occultat malo. HAD. Quid sunt parassiti? EPIC. Qui tanquam pisces adescantur.

quid est liber.

consiliarius mortuus.

quid est pecunia

in sanguis uitæ

FINIS.

Quid est Doctrina?

Fumus

CITIZENSHIP

BASILEAE APVD HIERONYMV M FROBENIV M,
ET NICOLAV M EPISCOPIV M,
ANNO M. D. LII.

